¶ Secundo dubitatur an propositio per se conuertatur in propositionem per se. Ad hoc dicunt scotiste: quod nulla propositio per se conuertitur in propositionem per se. probatur primo per autoritatem Aristo. primo poste. capitulo de statu principiorum: vbi dicit quod propositiones per se non conuertunt. quod non debet intelligi absolute: cum conuersio sit adequata passio propositionis saltem categorice. ergo intelligitur quod non conuertuntur in alias propositiones per se. secundo probatur: quia ista homo est animal conuertitur in istam animal est homo: sed hec animal est homo: non est per se. ergo aliqua propositio per se conuertitur in illam: que non est per se. ergo pari ratione alie. minor probatur. quia omnis propositio per se est de omni: primo post. Sed hec animal est homo: non est de omni. ergo etc. Tertio probatur. quia in propositione per se subiectum est causa predicati nam secundum Aueroim: secundo de anima

co.66.7.67.color est visibilis per se quia subiectum est causa predicati. ergo si conuertatur propositio p se in propositionem per se: subiectu3 7 predicatum erunt sibi inuicem causa. quod est inconueniens.

¶ Sed hec opinio non potest stare: quia hec: homo est risibilis: que est per se in secundo modo: cōuertitur in istam risibile est homo: que est p se in primo modo: qz ptm est in ratione subiecti. ergo aliqua propositio per se conuertitur in illam q̄ est per se. Ad hāc dicitur: q hec. risibile est homo: non est per se. qz licet ptm sit in ratione subiecti: non tamen intrinsece: sed vt additum. sed contra. qz etiam illud quod ponitur in ratione vt additum: predicatur p se in primo modo. patet per exēpla philosophi. linea. n. que ponitur in diffinitione trianguli vt additum: 7 extra essentiam trianguli: cum sit alterius pñti: predicaf per se de triangulo vt ibi ait Arist. ergo 7c. Secūdo probatur. qz hec: homo est rationalis: que est per se: cōuertitur i istā rationale est homo. que est per se. ergo aliqua per se conuertitur in illa3 que est per se. probatur q ista sit p se: rationale est homo: qz est necessaria. ergo est per se. consequentia patet. qz propositio per se 7 propositio necessaria conuertuntur: primo poste. item si non est per se in primo vł secūdo modo: ergo est per accidēs. consequens est falsum ergo. 7 consequentia patet. qz fm Aristo. primo poste. omnis propositio: que non est per se in primo vel in secundo mō: est per accidens. Dicendum est ergo q aliqua propositio per se conuertit in propositionem per se vt probatum est. secūdo q non omnis propositio per se conuertitur in propositionem per se. pbatur per secūdā rationem factam ad partem opposi tam. tertio q nulla propositio per se formalis cōuertitur in per se formalem eodem modo formalitatis sed diuerso. vt patet de ente 7 passionibus eius: que de se inuicē per se formaliter predicantur diuerso modo formalitatis. Ad rationes in cōtrarium respōdetur. 7 primo ad autoritatem Aristo. que est in primo poste. lectiōe. 34. in prin. dicitur q Aristo. intelligit q propositiones non conuertuntur fm eundem modum predicandi eiusdem predicamenti. quia si aliquid predicetur de altero in quale: qui est modus predicandi predicamenti qualitatis: impossibile est vt ecō illud predicetur de subiecto in quale. vnde ad rationem negatur consequentia. Ad secunda3: conceditur: q illa non conuertitur ī propositione3 per se. sed negatur vlterior consequentia: 7 probatio. ei9 quia non est eadem ratio de omnibus. Ad tertiam: dicitur q Arist. 7 co. intelligunt: q color est per se visibilis i secūdo modo per seitatis. qz color est causa sue visibilitatis: seu q sit visibilis: 7 consequenter causa predicati: 7 ideo si assumptum intelligatur vniuersaliter: negatur. nec probatur vniuersaliter. si autem intelligatur particulariter. s. de propositione per se in secundo modo: conceditur. sed negatur consequentia.

¶ Quinto notandum: q aliqua predicatio per se in secundo modo: est essentialis. sicut ista ens est vnum. 7 ista deus est sapiēs. probatur q sint per se in secundo modo. quia passio

nes predicantur de proprijs subiectis per se in secundo modo. probatur etiam quod sint essentiales: quia in vtraque predicatum importat eandem essentiam cum subiecto. ista autem vnum est ens: apud thomistas est per se in primo modo: et quiditatiua: quia ens est vt intrinsecum de formali ratione omnium. vnde ens et sue passiones predicantur inuicem formaliter: sed non eodem modo: quia passiones predicantur de ente formaliter denominatiue: sed ens predicatur de eis formaliter quiditatiue. Sed apud scotistas ens non predicatur quiditatiue aut formaliter de proprijs passionibus: neque de vltimis differentiis: neque de modis contrahentibus. vt patet per antonium andream primo meta. q. 1. et 4. meta. q. 3. vbi etiam dicit quod ens non predicatur aliquo modo per se de suis passionibus: sed per accidens. quod est contra Aristo. et co. 4. met. vbi ab vtroque habetur: quod ens et vnum quod est passio entis: dicunt eandem naturam conuertibiliter et quod vnum nullam realitatem addit ad ens: quia ens non est vnum per aliquid additum sed per se et essentiam suam. Item secundum s. Tho. 1. q. 39. ar. 6. quelibet istarum est per se. deus est pater: et pater est deus. sed tamen nulla earum est quiditatiua. secunda pars assumpti patet. prima autem probatur. quia quelibet illarum est necessaria et est essentialis cum in ea predicetur essentia in concreto de eo cuius est essentia ergo quelibet illarum est per se.

¶ Contra predicta arguitur. quia si ens includitur in ratione suarum passionum tanquam aliquid formaliter significatum: tunc esset nugatio dicere: ens vnum. ens verum: ens bonum: consequens est falsum et contra s. Tho. de veri. q. 1. ar. 1. ergo et antecedens. consequentia probatur: quia bis idem diceretur. potest enim loco nominis poni ratio eius vt colligitur. 6. topi. 7. meta. et 2°. perhier. si ergo loco passionum istarum ponantur rationes sue. ens bis dicetur in vno quoque dictorum exemplorum: ex quo est de formali ratione suarum passionum. et per hanc rationem probat. San. Tho. primo contra genti. capitulo. 26. quod in ratione differentie non cadit ad genus. bis enim diceretur genus in ratione speciei. Secundo sic. cum dicitur ens est verum sensus est ens est conformabile intellectui: non autem: ens est ens conformabile intellectui: secundum. s. Tho. de veri. q. 21. ar. 1. Similiter cum dicitur ens est vnum: sensus est. ens est indiuisum. Eodem modo cum dicitur: ens est bonum sensus est. ens est appetibile: non autem ens est ens appetibile. ergo ens non includitur formaliter in ratione suarum passionum: nec significatur formaliter nominibus suarum passionum.

¶ Respondeo quod vt colligitur ab Aristo. 3. meta. ens predicatur per se et formaliter de passionibus suis. probat. enim ibi Aristo. quod ens non potest esse genus tali ratione. genus non predicatur de differentijs: sed ens predicatur de differentijs: ergo ens non est genus. vbi patet quod maior non potest intelligi de predicatione ideatica: quia sic esset falsa. ergo intelligitur de predicatione per se et formali. ergo etiam minor intel

ligitur eodem modo. sed aduerte: q passiones entis possunt dupliciter accipi. primo substantiue ⁊ per modum quid. secundo adiectiue ⁊ denominatiue: seu per modum denominantis. si accipiantur primo modo: sic ens predicatur de eis formaliter: ⁊ cadit in ratione earum vt formale. Si autem accipiantur secundo modo: sic ens: secundum q aliqui dicunt: non includitur formaliter in ratione earum. Sed materialiter ⁊ subiectiue: vt additum principali significato. nam vnum adiectiue significat formaliter ⁊ ex impositione in diuisionem. ⁊ ly verum ⁊ bonum respectum rationis: sed materialiter ⁊ connotatiue ens: accipiendo ens secundum q dicit essentiam: non autem vt distinguitur contra nihil. Dicitur vlterius: q secundum .s. Tho. de veri. q.1. ar.1. ens predicatur essentialiter de omnibus habentibus essentiam. ⁊ q ens predicatur per se de omnibus. ⁊ est de intellectu omnium de quibus predicatur.1. contra genti. capitulo.26. Sed non omne quod est de intellectu ⁊ ratione alicuius. predicatur formaliter de illo: quia subiectum est de intellectu ⁊ ratione proprie passionis: non tamen predicatur formaliter de illa: nec omne quod predicatur per se: predicatur formaliter: vt supra habitũ est. Ad rationes in contrarium respondetur. Ad primam enim conceditur consequentia: sed negatur antecedens illius conditionalis: si intelligatur de passionibus adiectiue ⁊ denominatiue sumptis: non enim ens includitur in ratione suarum passionum vt aliquid formaliter significatum: quando adiectiue ⁊ denominatiue sumuntur. Si autem illud antecedens intelligatur de passionibus substãtiue acceptis: negatur consequentia seu conditionalis. quia in consequente accipiuntur adiectiue ⁊ denominatiue. ad probationem negatur assumptum. ad probationem eius dicitur: q loco nominis semper potest poni ratio pure formalis: non autem ratio per additamentum: vt declarat. S. Tho. septimo metaphisice ratio autem passionum adiectiue ⁊ denominatiue sumptarum: non est pure formalis: sed aliquo modo per additamentum ad principale ⁊ formale significatum: quod est negatio vel respectus rationis. Ad secundam rationem conceditur consequentia: si consequens intelligatur de passionibus adiectiue ⁊ denominatiue acceptis. Sed nihil contra nos. si autem intelligatur de passionibus substantiue acceptis: negatur consequentia. Addo etiam q licet ens ponatur in ratione suarum passionum ⁊ supremorum generum: ad que cõtrahitur per modos vt supra declaratum est: non tamen ponitur explicite in ratione generuꝫ subalternorum aut specierum: quia haberet differentias. non enim contrahitur per modos ad species q2 spẽs nõ constituũtur per modos ergo relinquitur q si contrahitur ad illa: q cõtrahatur per differentias ⁊ sic habebit drias diuisiuas: quod improbatur ab Aristo.3.meta. Et si iteruꝫ contra predicta arguatur sic subiectum predicatur per se secundo mõ perseitatis d suis passionibus. ergo ens predicatur per se secundo mõ.

de suis passionibus. ergo vt additũ. et non formaliter: dicit q assumptũ est verum: quando subiectum distinguitur realiter et essentialiter a suis passionibus. ens autem non distinguitur hoc modo a suis passionibus. item licet ens predicetur quiditatiue et formaliter de vltimis differentiis: non tamen ex hoc sequitur inconueniens aliquod. quia predicatur analogice. primo diuersa autem possunt conuenire in aliquo analogo etiam quiditatiue. et si dicatur: ergo sunt differentia: negatur consequentia: quia secundum philosophum. 5. meta. illa que proprie sunt dña sunt aliquid vnum entia. i. in aliquo vniuoco conueniunt. s. formaliter. nos autem non ponimus ens vniuocum sed analogum. sed contra saltem sequitur q non distinguitur se totis. que enim se totis distinguuntur i nullo conueniunt. Ad hoc negatur cõsequentia. ad probationem dicitur. q que distinguuntur se totis in nullo vniuoco conueniunt scilicet formaliter et quiditatiue. possunt tamẽ cõuenire in aliquo multiplici seu analogo quod est vnum attributiõe. Ex predictis sequit: q licet vltime differentie habeant conceptum simpliciter simplicem obiectiuum sicut putat scotus in primo di. 3. q. 3. sm nostrum modum intelligendi tamẽ cõceptus earum resoluuntur in conceptum entis. Nec tamen conceptus earum sunt compositi ex determinabili et determinante. Neque addunt ad ens sm rem sed secundum modum exprimendi et explicãdi. quod enim dicit implicite ens: hoc dicit differentia vltima explicite et nõ aliud. nec differentia concipitur p modum determinati sed per modum determinantis tantum. Unde cum conceptus vltime differentie resoluitur in conceptum entis: non fit resolutio in aliquid partiale et determinabile secundum rem seu ex natura rei: sed in aliquid magis notum imo notissimum. sicut etiam omnes propositiones resoluuntur in vnam notissimam. ex qua tamen non componuntur cum non sit aliquid eax. Resolutio ergo ista non est in diuersas realitates vel in diuersos cõceptus componentes vnum tertium: sed in aliquid vnum quod est prius et magis notum. nõ enim omnis resolutio est in plura: qr resolutio que est reductio in primum principium non est in plura sed in vnum. Resolutio autem compositi in quantũ compositum. est in plura scilicet in ea ex quibus componitur. et si hoc aduerterent scotiste: non ita magnificarent rationes suas de resolutionibus conceptuum. Quedã alia argumenta facit scotus in loco prealegato ad probandum q passiones entis non includunt formaliter ens q breuitatis gratia pertranseo: cum nõ sint multi ualoris. Hoc vnum addo q licet differentia constituat speciẽ et etiam forma substantialis. hoc tamen non contingit eodem modo. qr forma constituit speciem realiter. sz differentia secundum rationem. qr non est alia realitas ex natura rei a realitate generis et speciei. genus. n. et differentia nõ sunt partes speciei physice et sm rem. sed conceptibiliter et sm logicam considerationem accepta. animal enim secundum rationem suam nõ importat actu realitates suarum differentiarum: sed

abstrahit

abstrahit ab eis. sed non abstrahit ab eis physice et secundum rem: quia non est aliquod animal in rerum natura quod non sit rationale aut irrationale. Et iuxta primum modum locutus est s. Tho. in primo di. 19 q. 4. ar. 2. in fine vbi ait. quod species addit ad genus secundum rem et non secundum rationem tantum. addit enim realitatem differentie. Si consideretur genus quantum ad rationem suam: et quantum ad illud solum quod dicit explicite. Concedimus etiam quod conceptus generis obiectiuus est alius a conceptu differentie: sed non alietate rei et extra naturam rei: sed alietate rationis et secundum rationem: Si in se sumantur vel in eodem indiuiduo. secundum autem quod sunt in diuersis speciebus vel indiuiduis: sic distinguuntur realiter. et cum dicit philosophus et co. 7. meta. tex. et co. 33. quod sicut diffinitio declarat et significat quiditatem rei: ita partes diffinitionis partes quiditates rei. i. speciei que diffinitur. Dicimus quod vtraque partes diffinitionis. i. genus et differentia significant partes speciei: sed non partes secundum rem: sed secundum rationem et modum significandi. vna. n. significatur et concipitur vt determinabilis altera vt determinans. nec vna est in ratione alterius: sed sunt primo diuerse formaliter accepte. i. secundum rationes suas formales. non autem ex natura rei. Sunt etiam partes speciei genus et differentia formaliter accepta. i. secundum rationes suas: et quantum ad id precise quod explicite et in actu important: non autem ex natura rei: et secundum esse ad extra sic. n. non sunt partes speciei. sed tam genus quam differentia est realiter tota substantia speciei. et similiter differentia est idem realiter quod genus secundum quod sunt in eodem indiuiduo: et etiam quantum ad id quod dicit genus explicite et implicite. sed vt sic non est genus idem quod species ipsa conuertibiliter et adequate: sed est idem in adequate. significat. n. animal id quod habet animam sensitiuam: quodcunque sit illud: siue homo: siue bos: aut aliud brutum. vnde quantum ad id quod dicit implicite importat realitates omnium specierum: non tamen collectiue: sed indeterminate et confuse. secundum autem quod genus et differentia et species sunt in eodem indiuiduo: sic sunt idem realiter adequate et conuertibiliter: quia animal quod est in sorte: secundum quod est in sorte: non predicatur nisi de sorte: et eodem modo dicitur de differentia et specie.

¶ Sexto notandum: quod nihil predicatur de entibus rationis quiditatiue vel essentialiter: quia non habent quiditatem aut essentiam: secundum s. Tho. de ente et essentia capitulo primo predicatur. tamen aliquid de illis formaliter et per se: quia aliquid est de ratione formali eorum. vt intrinsecum et non vt additum.

¶ Septimo notandum: quod differentia inferior non includit formaliter superiorem: et consequenter superior non predicatur per se formaliter de inferiori. probatur quia si differentia inferior includeret superiorem formaliter: tunc committeretur nugatio in ista diffinitione: animal est substantia animata sensibilis: que datur a porphyrio. nam bis idem diceretur. Et per hanc rationem vt dictum est. probat s. Tho. primo contra gentiles. ca. 26. quod differentia non includit genus forma-

liter. secundo probatur. si differentie inferiores includerent formaliter superiores due inferiores opposite differrent inuicem superioribus differentijs et non essent primo diuerse. consequens est falsum: et contra s. Tho. 1. di. 8. q. 1. ar. 2. et primo contra genti. ca. 17.

¶ Octauo notandum: quod ens secundum paulum de sonzino in. 4. met. q. 4. predicatur in quid. probatur quia respondetur ad interrogationem factam per quid. nam querenti quid est accidens. Respondetur quod est ens in alio subiectiue. et querenti quid est substantia. Respondetur ens per se. secundo probatur quia ens non predicatur in quale. ergo in quid. consequentia probatur quia omne quod predicatur formaliter et essentialiter de aliquo: predicatur in quid vel in quale de illo. sed ens predicatur formaliter et essentiliter de omnibus que sunt in predicamento: ergo in quid vel in quale: non in quale. ergo in quid. Nec est inconueniens: quod subiectum predicetur in quid de passionibus. quando est idem essentialiter cum suis passionibus: sicut est ens et deus. Et illud quod respectu alterius: habet modum qualificantis et determinantis: et predicatur in quale de aliquo: in se consideratum: potest esse quid: vel habere modum quid: et consequenter potest de illo aliquid predicari in quid vt patet in accidentibus: que de substantia predicantur in quale. cum tamen in se considerata sint quid. Capreolus tamen in primo di. 2. q. 1. in fi. tenet quod non predicatur ens in quid quia summitur ab esse: quod in creaturis est extrinsecum a quiditate. sed hec ratio parum valet: quia licet summatur ab esse: non tamen significat esse sed essentiam. pro capreolo tamen facit alia ratio fortior. quia sequeretur quod aliquid predicaretur in quid de illo: quod de se predicatur in quale. nam passiones entis predicantur in quale et denominatiue de ente. et ipsum predicatur de illis in quid: sed dicitur quod non predicatur in quid de illis secundum quod ille predicantur in quale de ente. predicatur enim in quid de illis substantiue acceptis.

¶ Aduertendum etiam: quod predicari quiditatiue summitur dupliciter primo pro predicari in quid et non in quale. secundo pro predicari essentialiter et formaliter simul. nam quiditas a qua deriuatur quiditatiue: est ipsa essentia vt notificatur per rationem formalem. Quod ergo est de quiditate alicuius in recto: dicitur de illo quiditatiue. i. est predicatum pertinens ad quiditatem eius. et sic secundum philosophum secundo poste. lec. 13. tam differentia quam genus predicatur quiditatiue. Ultimo Nota quod licet omnis predicatio sit necessaria vel contingens: non tamen omnis predicatio est essentialis vel accidentalis: nam ab eterno: ista: homo est animal: non fuit essentialis. quia tunc essentia hominis nulla fuit. nec accidentalis: quia non esset modo essentialis. non enim accidentalis mutatur in essentialem. et per easdem rationes: hec antichristus est homo: non est essentialis nec accidentalis. nec etiam ista. secunda intentio est ens rationis: vt de se patet.

¶De prioritate. Capitulum. Septimum.

De prioritate apd philosophos ⁊ theologos multa subtil'r ⁊ acute tradita sunt: que in presenti opusculo nō oportet preterire: ad maiorem doctrine pfectionē. presertim cum a scotistis in suis formalitatibus plura de prioritatibus dicantur: que a thomistis ⁊ alijs nō acceptantur. Sciendū est igitur: q multe sūt prioritates. Est.n. vna poritas durationis. ⁊ sic illud dicitur prius duratione altero: qd fm durationē aliquā precedit illud: ⁊ sic deus est prius duratione ipsa creatura. qr eius duratio precedit durationē creature. ⁊ adam est prius duratione alijs viris: qr eius duratio pcedit durationē aliorū. Est autem triplex duratio fm. s. Tho. 1. di. 8. q. 2. ar. 2. ⁊ di. 19. q. 2. ar. p. ⁊ 2°. s. eternitas: euū: ⁊ tempus. Quorum differētia in hoc consistit. q eternitas est duratio mensurans esse rei: que non est transmutabilis: neqz habet trāsmutationem anexam. qualis est deus. Euum autem est duratio mensurās esse rei: que non est transmutabilis fm esse. habet tamē trāsmutationez anexā: qualis est angelus. qui secundum esse est in transmutabilis intrinsece. habet tamen transmutationez adiunctam secundum electionez: ⁊ intellectionez: ⁊ fm locū. Tempus autem mensurat motum: ⁊ esse rerū corruptibilium: qr subicitur trāsmutationi. Quamuis scotus in. 2. di. 2. q. 2. velit q tempus mensuret solum res successiuas: euum autem omnes res permanentes defectibiles tamen.

¶Alia quoqz est prioritas. scilicet generationis. Et sic vnum dicitur prius generatione altero: quando generatio eius precedit tempore generationem illius. ⁊ ordinatur ad generationez illius. sicut generatio animalis ad generationem hominis. vnde prioritas generationis cōtinetur sub prioritate temporis: qr omne prius generatione est prius tempore ⁊ non econuerso. vt docet San. Tho. septimo metaphisice lectione. 13. ⁊. 1. q. 85. ar. 3. ad primuz. Et si generatio vnius precederet secundum tempus generationem alterius: non diceretur esse prius illo secūduz generationē nisi generatio eius ordinaretur ad generationem illius. sicut equus qui heri generatus est: non est prius secundum generationem asino hodie generato: vt ait Sā. Tho. septimo metaphisice lectione. 13. De hac prioritate loquitur philosophus. 8. physico. ⁊ nono metaphisice. vbi etiam ait q priora secundum generationez sūt imperfectiora: ⁊ posteriora secundum generationem sunt perfectiora. quod intelligitur in hys que sūt eiusdem generis. ⁊ fortasse tantum in substantijs. Ex his patet: q i diuinis non est prioritas generationis: quicquid aliqui dicant: quia ibi non est prioritas temporis.

¶Alia est prioritas perfectionis ⁊ dignitatis: de qua meminit Aristo. in post predicamentis. ⁊ sic dicitur prius illud quod est perfectius aut dignius vt actus potentia.

¶ Alia est prioritas originis. Dicit autem aliquid prius altero ꝫm originem: quando eius origo est prior origine alterius: siue ꝫm tempus: siue ꝫm naturam: ꝛ sic adam est prior origine alijs a se descendētibus. qꝛ eius origo est prior. ꝛ talis prioritas est semper inter originans ꝛ originatum: ꝛ pn̄ter inter distincta realr. Non tamen est inter quodlibet originans ꝛ originatum: sed inter originatum ꝛ originans: quod habet originem. Nam vt ostendunt expsse vocabula: dicitur prius origine: cuius origo est prior. vnde oportet ꝙ habeat originē: sicut quod est pꝛius perfectione habet perfectionē: ꝛ prius duratiōe habet durationē. Ex quo sequitur ꝙ scotiste errāt dicētes: ꝙ pater in diuinis ē prior origine filio: qꝛ pater non habet originem. Nec est verū: ꝙ prioritas originis est qua quis intelligitur a se. quod enim a se est. non habet originem: qꝛ nihil gignit se ꝫm Aug. p̄ ō trini. imo pater in diuinis proprie nō est a se quia vt in symbolo dicit pater a nullo est dicitur tamen improprie a se esse. i. non ab alio. 1. q. 16. ar. 5. Et sine dubio ipsi in hoc impropꝛiant vocabula. imo trahunt in oppositum sensum. Nec est putandum ꝙ ea que sunt priora alijs ꝫm generationem: sint etiā priora ꝫm originē qꝛ vt patet ex dictis: prioritas originis est inter originās seu producēs ꝛ productum seu originatum: prioritas autem generationis non est īter generans vel producens ꝛ generatum vel productū: sed inter ea quorum generatio vnius ordinatur ad generationem alterius.

¶ Alterius est quedam prioritas: q̄ dicitur prioritas nature. Et sic dicūtur priora ꝫm naturā: quecunqꝫ possunt esse sine alijs ꝛ alia non possūt eē sine illis: vt dicitur. 5. meta. ꝛ hec sunt a quibus non conuertitur essendi consequentia: vt dicitur in post p̄dicamentis: item dicuntur priora secundum naturam seu simpliciter: q̄ sunt remotiora a sensu: vt sunt magis vniuersalia primo poste. lect. 4: item secundū Themi. primo phy. simpliciora sunt priora ꝫm naturā ꝛ consequenter principia sunt priora ꝫm naturam principiatis. ab eis enī natura ad composita procedit ipsa quoqꝫ a sensu remotiora sunt. Hec autem omnia dicuntur priora secundum naturam. i. ꝫm processū nature. Dicuntur etiam priora aliquando ꝫm naturam. i. ꝫm intentionē nature. ꝛ sic perfectiora sunt p̄ora ꝫm naturam. 1. q. 85. ar. 3. sed hoc modo non accipitur hic prius natura sed alijs modis predictis. Ad cuius declarationem sciendum est: ꝙ ꝫm. s. Tho. 5. meta. capitulo de p̄ori esse prius natura est esse prius ꝫm naturalem ordinē in essendo: ꝛ cōsequenter prioritas nature est prioritas realis. prioritas enī que est secundum naturalem ordinem in essendo: est prioritas realis: qꝛ conuenit rebus secundum esse quod habent extra intellectum: ꝛ non est fabricata per opus intellectus. Cōfirmatur. qꝛ quod naturaliter p̄cedit aliquid: realiter precedit illud. sed quod est prius natura aliquo: naturaliter precedit illud. ergo realiter precedit illud. ergo prioritas nature est prioritas realis.

¶ Secundo sciendum: ꝙ naturalis ordo essendi ē necessarius ꝛ per se.

quod patet.qꝛ non potest peruerti. vt prius naturali ordine.sit posterius secundum naturalem ordinem. ⁊ cū prius natura:sit prius naturali ordine:patet ꝙ non omne prius tēpore aliquo:est prius natura illo.qꝛ non omne prius tempore aliquo:est prius illo secundum naturalem ordinem.sicut asinus heri natus: non ē prior natura:homine hodie nato. quia inter ipsos nō est naturalis ordo.potuit enim ecōuerso homo hodie natus:nasci ante asinum illum. ¶Tertio sciendum: ꝙ prioritas nature non est inter illa extrema:quorum vnum est in vno signo: vel istāti nature:in quo non est aliud:⁊ consequenter esse prius nā alio. nō est precedere illud in aliquo signo: vel instāti nature: in quo illud aliud nō est.vt scotiste arbitrantur: ponentes ⁊ fingentes multa signa vel instantia nature in vno ⁊ eodem instanti temporis:probatur ꝙ hoc sit īpossibile.qꝛ ista signa non sunt simul ſm eos.alioquin vnum non esset prius alio.ergo vnū succedit alteri. ergo in instanti temporis est successiue ꝑus ⁊ posterius:contra Arist.6. met. item sequitur ꝙ alterum eorum sit preteritum ⁊ aliud futurū. ꝯñia patet.qꝛ illa que non permanent sed sibi succedunt:ita se habent: ꝙ alter eorum est preteritum:⁊ alterum eorum est futurum.⁊ consequenter in instanti temporis essent preteritum ⁊ futurum.contra Arist.6. phy. Sꝫ ipsi probant:ꝙ dentur ista signa nature.qꝛ prius potest esse sine posteriori ſm Arist.5.meta.ergo ei nō repugnat esse in aliquo signo in quo non est poste.scđo qꝛ alique mutationes fiunt in instanti.vt illuminatio ſm co.4.phy.co.129.ergo in eodem instanti erit terminus a quo: ⁊ terminus ad queꝫ:quia mutatio nō est sine suis terminis.sed isti termini non possunt esse in eodem signo nature.ergo sunt in diuersis signis. Ad primum istorum respondetur: ꝙ illud assumptum non est vniuersaliter verum.non eniꝫ omne prius perfectione:potest esse sine priori.vt homo sine animali.nec omne prius ſm cognitionem nostram potest eē sine priori.vt creatura sine creatore ⁊ principiata sine principijs ⁊ totuꝫ sine partibus. ⁊ arist.expresse ī post predicamentis dicit: ꝙ aliqua sunt prius natura alijs:que tamen ꝯuertuntur cum illis ſm essendi consequentia.⁊ consequenter non possūt esse sine illis. Si autem illud assumptum intelligatur particulariter de priori ſm naturam:sic est verum de pōa logica:seu de pōa nō repugnantie:q̄ꝫtum est ex ratione sua.quia ex ratione sua q̄ditatiua non repugnat ei esse sine posteriori:non aūt đ pōa reali etiam diuina.non enim potest esse substantia creata sine dependētia ad creatoreꝫ.⁊ pōt ei repugnare aliunde q̄ꝫ ex rōne sua. sed tunc negatur consequentia: si consequens intelligatur de signo nature. qꝛ ista signa nature non dantur in rerum natura.Si autem intelligatur de signo temporis:quod est instans temporis:conceditur.Sed tūc nihil ad propositum. De priori etiam secundum durationem conceditur assumptum. Sed non probatur intentum Sed probatur vniuersaliter:qꝛ ꝑus in eo ꝙ prius non dependet a posteriori.ergo potest esse sine illo.conceditur de pōa nō repugnātie:q̄ꝫtū est

ex rõne sua. sed non sequitur: potest esse sine posteriori: ergo in aliquo signo nature. q2 ista signa non dantur in rerum natura. Ad 2m negatur cõsequẽtia. ad probationẽ ꝯcedo assũtum. s. ꝙ mutatio nõ est sine suis terminis: adhũc sensum. ꝙ habet suos terminos: nõ autem adhunc sensuꝫ ꝙ sicut mutatio est in vno instanti: ita sui termini sint in vno instanti tẽporis. terminus. n. aquo est in tempore precedenti instans mutatiõis ⁊ terminus ad quem est in instanti mutatiõis. tempus autem precedẽs instans mutationis: cõtinuatur ad instans mutatiõis: sic ꝙ nihil mediat inter ea. Et aer mutatur in a instanti ad lumen: per positionẽ de pñti ⁊ negationẽ de pterito: q2 in a instanti est illuminatus ⁊ imediate ante a non erat illuminatus. Et diligenter aduertendum est. q2 non omne prius aliquo: in aliquo priori est prius seu in aliquo signo priori est prius. vt patet de eo quod est prius altero ẜm perfectionẽ: vel ẜm locum: sed illud habet veritatem solum: de eo quod est prius secundũ durationẽ. Dicendum est ergo: ꝙ esse prius natura alio: non est precedere illud in aliquo signo: in quo non est illud aliud: sed est esse immediatius alicui principio in aliquo ordine naturali vel esse principium in illo ordine. sicut q̃ꝫtitas prius natura dicitur esse in substantia q̃ꝫ color. non q2 precedat colorẽ in aliquo signo: sed quia est imediatior substãtie. est autem simul in substantia cum colore. sicut etiã dicit᷒ aliquid prius secũdũ locũ alio: q2 ẽ propinquius principio alicuius loci: ẜm philosophũ. 5. met. ⁊ tamen prius secundum locum: est in rerum natura simul ⁊ in eodem signo durationis: cum posteriori secundum locum.

¶ Sed dubitatur: an ordo nature ⁊ originis sit indiuinis. secũdo an sit ibi prioritas originis ⁊ nature. Ad primam dubitationem dico: ꝙ oẽs theologi cõcedunt esse indiuinis ordinem nature ⁊ originis: ⁊ preserti .s. Tho. 1. q. 42. ar. 3. ⁊ in primo di. 20. ar. 3. ⁊ di. 9. q. 2. ar. 1. vbi etiam dicit: ꝙ ordo nature est idem ꝙ ordo originis: accipiendo naturam ꝓ eo ex quo pullulans primo pullulat vt dr̃. 5. meta. est aũt ordo nature ⁊ originis: ordo ille quo vnũ est ex altero ẜm Aug. ⁊ q2 indiuinis vna ꝑsona est ex altera: ideo in diuinis est ordo originis seu nature.

¶ Ad secundã dubitationẽ dico: ꝙ .s. Tho. in p̊ di. 20. ar. 3. ⁊ di. 7. q. 1. ar. p̊. ⁊ in prima parte. q. 42. ar. 3. tenet expresse nõ esse prioritatẽ nature inter diuinas ꝑsonas: q2 corelatiua sunt simul natura: ipse autem ꝑsone diuine que sunt pater ⁊ filius: sunt corelatiue. ergo sũt simul natura. Cõtrariũ videt᷒ tenere i p̊ di. 15. q. 4. ar. 2. vbi dicit: ꝙ exitus seu origo spũs. s. ꝓsupponit exitũ filij: ẜm nature ordinẽ. ergo est prior ẜm ordinẽ nature: ⁊ consequẽter in diuinis est prioritas nature. itẽ in p̊. di. 26. q. 2. ar. 3. ad sextũ dicit ꝙ cõis spiratio ꝓsupponit ẜm nature ordineꝫ paternitatem ⁊ filiationem: sicut ꝓcessio presupponit generationeꝫ. ergo est prior secundum naturam. Et confirmatur ratione: quã innuit ibi. s. Tho. quia si cõis spiratio esset simul natura cum paternitate ⁊ filiatione: ita constitueret personam: sicut constituit paternitas ⁊ filiatio.

consequens est inconueniens: ergo non est simul natura: sed posterior illis secundum naturã. Antecedẽs est ibi de mẽte.s.Tho.q ait: ꝙ cõis spiratio nõ cõstituit personã: in qua est. qꝛ presupponit ſm nature ordinem parternitatem ꝛ filiationem: ꝛ ꝯñter psonã cõstitutã per paternitatem aut filiationem.

¶ Mihi videtur ꝙ i dictis.s. Tho. non sit cõtradictio: qꝛ nullibi negat prioritatem nature in diuinis. nisi inter correlatiua ꝛ oppositas relationes. ꝛ rõ sua q̃ʒ vbiqʒ adducit: solũ probat: ꝙ non sit prioritas nature i diuinis inter ea que sunt correlatiua: seu que referuntur inuicem. Et q̃uis inter diuinas personas vt correlatiue sunt. vel vt sunt ipse relationes opposite: nõ sit prioritas nature imo nec ordo nature: qꝛ vna psona non est ab altera vt correlatiua est: sed vt est hypostasis ꝛ subsistens: vt accipitur ex.s.Tho:1.q.40.ar.4.ad primũ tamẽ inter eas vt sunt hypostases ꝛ subsistẽtes: nõ negatur a.s. Tho. prioritas. illa enim persona videtur prior. cuius origo est prior. sʒ origo seu processio filij est prior ſm nature ordinem q̃ʒ origo seu exitus spũs.s. vt dicit.s. Tho. ergo filius vr̃ prior. spiritu.s. ſm nature ordinẽ nec repugnat ei ex rõne qua est sub sistens esse sine.s.s. sed sub rõe alia

¶ Aduertendũ tñ: ꝙ prioritatẽ nature esse indiuinis põt intelligi dupliciter. ꝑ simpl'r. ꝛ sic negatur a.s. Tho. prioritas nature in diuinis. ꝛ a.s. Augu. dicente: ꝙ in diuinis est ordo nature: quo vn͂a persona ẽ ex alia: non prior alia. secundo ex parte nostri modi concipiendi ꝛ intelligendi. ꝛ sic non negatur prioritas nature a.s. Tho. in diuinis: nisi inter ea que sunt correlatiua seu que inuicem referuntur. vt pater ꝛ filius: in quãtum sunt quedam corralatiua seu relationes opposite. Et eodem modo dicimus indiuinis esse prioritatem originis secundum nostrum modum intelligendi ꝛ concipiendi non autem simpliciter ex parte rei.

¶ Quod si dicatur: ordo simpliciter importat prioritatem simpliciter sʒ in diuinis est ordo simpliciter: qꝛ ẽ ibi ordo nature ꝛ ordo originis. q̃ꝛ quilibet est ordo simpliciter. ergo ẽ ibi ꝑoritas. Rñdet: ꝙ i diuinis ẽ ordo simpl'r. s. ordo nature ꝛ originis q̃tũ ad aliq̃d qð est de rõe eius: nõ q̃tũ ad oĩa q̃ sũt de rõe eius. est.n. ibi ordo nature ꝛ originis: q̃tũ ad rõeʒ oĩe. s. q̃tũ ad originẽ: nõ q̃tũ ad id qð est loco gñis. s. q̃tũ ad ꝑoritatẽ simpl'r. vt dicit.s. Tho. in ꝑ di. 20.ar.3. sicut ẽt est de multis alijs: q̃ sunt i diuinis q̃tũ ad rõem oĩe vl' eius qð est proportionale oĩe: ꝛ nõ q̃tũ ad rõem gñis. vt scia. sapiẽtia.

¶ Aduertendum etiam vlterius: ꝙ licet accipiendo ordinem nature secundũ ꝙ vnum est ex altero: idẽ sit ordo nature ꝛ ordo originis: secundũ ꝙ accipit.s. Aug. qꝛ sic accipit natura pro eo ex quo pullulans primo pullulat: si tamen accipiatur ordo nature simpliciter: sic ẽ quid cõmunius q̃ʒ ordo originis: ꝛ similiter prioritas nature simpliciter ꝛ absolute sumpta: in plus est q̃ʒ prioritas originis. sed accipiendo prioritatem nature secundum specialem modum ꝛ determinate. prout natura est id ex quo pullulãs primo pullulat: sic est idem conuertibiliter cũ prioritate originis.

¶De realitate et formalitate.
Capitulum octauum.

Cum res et ens conuertantur: et sint idem realiter: solum quia ratione differant: ut supra declaratum fuit. Eodem modo diuiditur sicut ens. et ideo cum ens diuidatur in ens in anima et ens extra animam: seu in ens rationis et ens nature: consequens est ut etiam res diuidatur in rem in aīa. et in rem extra animam. Ex quo ulterius sequitur quod realitas que a re dicitur: pari mō diuidatur in realitatem in aīa quae est realitas rationis et in realitatem extra animam: que est realitas nature.

¶Item realitas extra animam diuiditur in realitatem quiditatiuā seu essentie: et in realitatem non quiditatiuam. qualis est realitas existentie: et realitas modi seu modalis. sicut etiam ens nature diuiditur in ens quiditatiuum et in ens non quiditatiuū quale est esse et modus seu ens modale.

¶Dicitur autem realitas quiditatiua ipsa quiditas: et omnis alia realitas: que est intrinseca quiditati seu essentie. ut realitas materie et realitas forme. Et licet res a quiditate sumatur: non tamē significat adequate ipsam quiditatem. sicut etiam ens sumitur ab actu essendi: et tamē non significat actum essendi seu existentiam: sed essentiam: accipiendo ens proprie. s. pro eo cui cōuenit eē seu pro eo quod est. sed ens cōiter sumptum significat id quod est extra nihil. et cum tali ente conuertitur res.

¶Nec apud Thomistas aliud est res aliud realitas: sed differunt solū in modo significandi. Sicut etiā nō est aliud ens et aliud entitas. Scotiste tamen dicūt rem et realitatem differre plus quam rōne: et mō significādi Nam apud eos oīa que distinguuntur ex natura rei distinguuntur per realitates non tamē realiter. ut patet in formalitatibus eorū in ultimo articulo in respōsionibus ad argumēta. Et secundum Anto. And. in. 7. met. q. 14. Genus et differentia quādo summūtur a diuersis rebus: sicut quando in specie sunt diuerse forme substantiales: ut in hoīe: tūc distingūtur realiter. quando autem summūtur a diuersis realitatibus et nō a diuersis rebus. sicut quando species est simplex. ut albedo: tūc distingūtur ex natura rei. nō autē realiter. et apud eos species accidētium sūt composite ex diuersis realitatibus. s. ex realitate generis et realitate differētie. que distingūtur ex natura rei. nō autem ex diuersis rebus. Dicūt ergo quod nō oīs realitas est proprie res. sed aliqua ē aliquid rei nō autem est res. aliqua vero est proprie res. et similiter aliqua ē proprie substātia. aliqua vero est aliquid substātie. et nō est proprie substātia. et similiter aliqua formalitas est res et substātia i recto et aliqua nō est res aut substātia i recto. sed aliquid rei vel aliquid substātie. oīs tamē formalitas est realitas.

¶Sed iste sūt fictiōes apud veros philosophos. Nec apud Aristo. aut Auerroim aut alium philosophum ante scotum reperitur talis dr̄ia iter rem et realitatem. Et hoc ipsum ratio docet. Nam sicut se habent inuicem entitas et ens. ita realitas et res patet tū quia sicut ens est trāscēdēs ita res:

tum quia

tum quia res ꝛ ens sunt idem realr ꝛ ex natura rei: sed ẽtitas ꝛ ens dif ferũt solum ratione ꝛ modo signifi candi. ergo res ꝛ realitas differunt solum ratione ꝛ modo significandi mi. probatur. qꝛ si aliter differũt: aut illud ꝑ quod differunt seu distingũ tur: esset ens: aut nihil. nõ secũdum: vt patet: neqꝫ ẽt primũ põt dici: qꝛ si ens distingueretur ab entitate ꝑ ens distingueretur se ipso ab entitate: ꝛ sic essent primo diuersa. ꝯfirmaꝛ: qꝛ aut ens distingueretur ꝑ aliud a se: ꝛ hoc nõ. qꝛ illud esset nõ ens ꝛ nihil: aut se ipso: ꝛ hoc nõ: qꝛ essent ṗ diuersa: qđ est falsum: qꝛ vnũ est ab stractum alterius ꝛ aliud est deno minatiuũ. ergo differũt solo casu. cõ sequẽtia patet ex diffinitione deno minatiuoꝝ in predicamẽtis posita. Secũdo sic si realitas ꝛ res distin guntꝛ plusq̃ ratione ꝛ modo signifi candi: aut distinguntur se ipsis: aut per aliud a se: sed quodlibet illoꝝ est falsum. ergo antecedẽs. probaꝛ. ꝙ nõ ꝑ aliud a se ipsis: qꝛ quod est aliud a re ꝛ realitate est nõ ens ꝛ ni hil. probaꝛ ꝙ nõ se ipsis: qꝛ essent ṗ diuersa ꝛ se totis distincta: quod est falsum. probatur falsitas ṗ. qꝛ res ꝛ realitas sunt aliquid idẽ entia. ergo nõ distinguntur se totis. assumptum probaꝛ. qꝛ res est realitas quedam. ꝯñtia ẽt probaꝛ: qꝛ cõtradictoriũ ꝯñtis infert cõtradictoriũ antecedẽ tis. sequiꝛ. n. distinguũꝛ se totis. ergo nihil vnius est aliquid alterius: vt patet ex significatione illoꝝ termi norum distinguntꝛ se totis. nõ sũt er go aliquid idem entia: seu non sunt aliquid idem. Probaꝛ secũdo falsi tas. qꝛ ens predicaꝛ quiditatiue de re ꝛ realitate. ergo nõ distinguntꝛ se totis: seu nõ sunt ṗ diuersa. ꝯñtia pa tet ƀm aduersarios. probaꝛ añs: qꝛ in quolibet eoꝝ saluatur rõ entis.

¶ Notandum circa istam materiã ꝙ ƀm. s. Tho. 1. di. 25. ar. 4. Res du pliciter põt summi. ṗ vt dꝛ a reor. re ris. ꝛ sic est cõis ad oĩa entia tã rea lia q̃ꝫ imaginabilia. ꝛ ad oĩa ẽtia ra tionis. secũdo vt dicitur a ratus ra ta ratum. ꝛ sic dꝛ tm̃ de ente reali ꝛ extra aĩam: quod hẽt esse firmuꝫ in natura. Consequenter dicendũ est: ꝙ realitas potest sũmi duobus mo dis: qꝛ deriuatur a re que dictis duo bus modis summitur.

¶ Secundo notandum ꝙ realitas rata diuiditur in realitatẽ obiectiuã ꝛ in realitatẽ subiectiuã. Est aũt rea litas obiectiua ens reale seu entitas realis ꝑ se ꝛ directe intelligibilis si ue sit essentia siue aliud: siue ꝑcedat actũ abstractiuũ ꝛ intellectiuũ. i. ac tum intellectus agentis ꝛ possibilis siue sequatur. lapis. n. ẽ realitas ob iectiua ṗ mõ. qꝛ precedit actũ vtriusqꝫ intellectus. verbũ aũt est realitas obiectiua secũdo mõ. Diciꝛ autem entitas realis: ad dñiam realitatis imaginabilis: vt venit a reor reris. que licet possit dici obiectiua: qꝛ obi citur intellectui: nõ tñ proprie diciꝛ obiectiua. qꝛ nõ ꝯtinetur sub per se obiecto itellectus: quod est ens rea le: diciꝛ autẽ directe itelligibilis: ad dñiam realitatis subiectiue: que in directe ꝛ reflexe intelligitur. Reali tas vero subiectiua ẽ ens reale ꝛ sin gulare: quod indirecte ꝛ reflexe in telligitur. ꝛ diciꝛ subiectiua qꝛ subi citur qditati ꝛ essentie. singulare. n. est subiectũ quiditas. Scotiste autẽ aliter declarãt realitatẽ obiectiuam sed volũtarie ꝛ sine rõe: qꝛ nõ acci

plunt vocabula fm suā propriā significationē. Dicūt.n. q realitas obiectiua dupl'r sūmit. p̄ prout est ens positiuum hēns esse ex nā rei: sic q non depēdet ab actu itellectus possibilis. scdo put est ens positiuū per se pceptibile.i.sine alio. habēs vnitatē preter oēm actum intellectus agentis z possibilis. z sic secundum istos oīa q sunt in recta linea pdicali z dr̄ie alatere sunt realitates obiectiue scdo mō. fm Antoniū trobetam z realitas obiectiua z cōceptus obiectiuus idē sūt apd scotistas: oisqz realitas obiectiua ē realitas eēntie. ¶ Tertio notandū: q quedā est realitas essentie: quedā existentie. Realitas essentie vt distinguit cōtra realitatē existētie: est quiditas seu essentia sumpta fm suū esse quiditatiuū z fm ppriā rōez formalē. verbi grā hō fm suā rōem formalē z in esse qditatiuo: z talis realitas dr̄ tā de existentibus q̄z de nō existentibus. vnde homo fm suā rōem formalē z i eo q hō: non est ens reale: nec ens rōis. si enim esset ens reale in eo q hō: z fm rōem suā formalē: p quaecunqz dr̄a temporis esset ens reale. qz quod puenit alicui fm ppriā rōnē formalē: z fz q ipsū: puenit semper. z pn̄ter hō fuisset ens reale simpl'r loquēdo ante creationē mūdi. qd ē falsū. Simili rōe si i eo q hō z fm rōem formalē suā eēt ens rōnis p q̄cūqz dr̄a tpis esset ens rōis: qd est falsū. Dicēdū est ergo. q fm suā rōem formalē z in eo q hō: abstrahit ab ēte reali z ab ente rōis. Realitas aūt existentie q̄nqz accipit pro ipsa existentia. sed nō sic accipitur i hac diuisione: sz p realitate existēte vñ dr̄ solū de existentibus. z ē idem q ens reale cōuertibiliter. Et licet aliq distinguāt de ente reali.s. q aliqd est ens reale realitate essentie: z aliqd est ens reale realitate existentie: siue in gn̄e essentiarū: z i gn̄e existentiū: hoc tn̄ nō reputo verū. sed solū illud dr̄ ens reale simpl'r: qd hēt esse existētie extra suas causas. Qd aūt nō hēt esse existentie extra suas causas: nō dr̄ ens reale simpl'r: sed fm quid z in pōa. sicut ante rerum creationem.

¶ Pro maiori vero declaratiōe dico pmo: q realitas essentie puta hō simpl'r z absolute loquēdo.i. idistincte z sine additione: est ens reale: secundo dico q nec hō nec alia realitas essentie absolute.i. fm ppriam rōez sumpta prout prescindit ab eē existētie ē ens reale. lz simpl'r loqndo sit ēs reale. pz ex dictis: qz dr̄ aliquid ens reale qz hēt esse ratū z firmū in natura seu esse existētie. ergo realitas sumpta put prescindit ab esse existētie nō est ens reale. licet simpliciter loquendo sit ens reale. sicut etiā lignū vt excludit esse calidum: non est calidū. tertio dico: q hō nō ē ens reale per se seu fm se in pmo modo dicēdi p se. patet. quia pro q̄libet differētia durationis fuisset ens reale: z consequenter ante rerū creationem fuisset ens reale: quod est falsum. quia aliquod ens reale aliud adeo esset increatum. consequentia patet. quia quod conuenit alicui p se in primo modo vel secundum rationem suam formalem z secundū q ipsum: semper conuenit. homo tamen secundum se.i. secūdū naturaz z secundum essentiam suam sūptus est ens reale. Sed contra predicta arguitur: quia omne ens est reale

vel rationis. sed hõ in eo ꝙ homo est ens. ergo homo est ĩ eo ꝙ homo est ens reale vel ens rõnis. Negat̃ ꝯñtia. sicut nõ valet ista. oẽ aĩal vel est sanũ vel est egrũ. sed hõ in eo ꝙ hõ est aĩal. ergo homo in eo ꝙ hõ: vel est sanus vel ẽ eger. sed bene sequitur. ergo hõ vel est sanus vel est eger. ⁊ similiter sequitur in priori argumento. ergo hõ vel est ens reale: vel est ens rõis. qd̃ cõcedit̃. Et scito ꝙ realitas obiectiua in plus est quã realitas essentie: qꝛ oĩs realitas essẽtie est realitas obiectiua: sed nõ eꝯ. Nã aliquod ens non quiditatiuũ ẽ realitas obiectiua: nõ tñ est realitas essentie. Scotiste tñ aliter declarãt realitatẽ essentie. dicũt. n. ꝙ realitas essentie est res cõuertibilis cũ ente diuiso in deũ ⁊ creaturã: si consideretur vt quid. sic. n. ẽ ens quiditatiue ⁊ quiditas. Considerata vero ꝑ modũ denominãtis nõ includit ens̃ quiditatiue: sed cõcipit̃ tm̃ vt informatiua entis. Realitas aũt existẽtie non est proprie secundum eos formalitas aut quiditas: sed est modus intrinsecus.

¶ Ulterius contra predicta arguit̃ qꝛ antichristus est aĩal: est hõ. ergo est ens reale. ⁊ tñ nõ hẽt esse ratum seu esse existẽtie. ergo aliquid ẽ ens reale: ⁊ tñ nõ hẽt esse existentie. preterea illa que sunt in predicamento sũt entia realia: ⁊ tamẽ prescindũt ab esse existentie: vt reponuntur in predicamento. ergo aliqua vt p̃scindunt ab existentia: sunt entia realia. Ad primum negatur prima ꝯñtia. qꝛ animal ⁊ homo non predicãtur de antichristo ſm ꝙ sunt entia realia. i. secundum ꝙ habent esse in rerum natura: sed secundum rationẽ formalem suam sumpta: secundum q̃ abstrahunt ab ente reali ⁊ rationis: vt supra patuit. ⁊ licet homo ⁊ animal predicentur per se de antichristo: non tamen essentialiter. predicatio enim per se formalis est essentialis: in habentibus essentiã: nõ in aliis. vt in entibus rationis. de q̄bus aliqua per se ⁊ formaliter p̃dicantur. Ens etiam in actu ⁊ in potẽtia diuidunt ens reale: non autẽ ens commune enti reali ⁊ ens rationis.

¶ Ad secundum dicitur: ꝙ prescindere ab esse dupliciter intelligitur. primo modo per exclusionem ⁊ carentiam esse. ⁊ sic negatur mi. non enim ea que ponuntur in predicamento: excludunt esse: aut carẽt esse imo hẽnt esse. ⁊ nisi haberẽt esse nõ ponerentur in predicamento qꝛ secundum. s. Tho. de potẽtia. q. 7. ar. 9. in nullo predicamento ponit̃ aliquid nisi res existens extra animam ⁊. q. 3. ar. 5. ad secundum. quiditas anteq̃ esse habeat nihil est: nisi forte in intellectu creatis: vbi non est creatura: sed creatrix essentia. ⁊ ſm Aristo. in predicamẽtis: destructis primis substãtiis impossibile est aliquid aliorum remanere. item secundum. s. Tho. 1. q. 3. ar. 5. ea que sunt in genere: cõueniũt in q̄ditate gñis ⁊ differũt ĩ esse. ⁊ ſm eũdẽ põa. q. 7. ar. 9. si ret̃o nõ esset in rebus extra aĩam: nõ ponerent̃ aliq̄d vnũ genus p̄ñti. Alio mõ dr̃ aliq̄d p̃scĩdere ab esse: ꝑ nõ inclusionẽ eẽ. ⁊ sic ꝯcedit̃ mi. ⁊ ꝯsequentia. nec ꝯsequens illa tñ in hoc sensu est contra predicta. ꝯcedimus enim ꝙ aliqua que non includunt esse vt sic: sunt entia realia. item que ponuntur in predicamento vt sic: prescindunt ab esse. i.

non ponuntur in pūto: cū ipso esse. Sed tamen adhoc ꝙ sint in pūto: exigitur ꝙ habeāt esse. ꝛ propterea non prescindunt simplr ab esse. sed fm quid. ꝛ talia sunt entia realia. si autē prescinderēt simplr ab esse: nō essent entia realia

¶ Formalitas ꝓprie est illud quod significatur per rōem formalem vt sic. ꝛ ista in habentibus essentiaȝ est ipsa essentia: fm. s. Tho. 1. di. 8. in expositione littere. in non habentibus autē essentiā est realitas alia vel in aīa vel extra aīam. ꝛ notaṫ per ly secundū ꝙ. ꝛ ab Arist. 5. meta c. de secundū ꝙ: appellaṫ spēs. ꝛ. 5. ethi. c. 4. appellatur esse. ꝛ in rōe sua vltra essentiaȝ vel realitatē illam: dicit respectū ad rationem formalem: per quam significatur. De qua ratione intelligitur illud Aristo. 4. meta. rō quā significat nomē ē diffinitio. hāc sibi format intellectus cum rem intelligit. ꝛ dr̄ rō formalis q: dicit pͥncipia formalia rei: vel ea que se habent vt principia formalia. vel loco eoꝝ. sūt autē principia formalia rei genus ꝛ drīa: in habentibus genus ꝛ drīā. Ex his sequiṫ: ꝙ formalitas ꝛ itelligibile p se vnū ꝯuertūṫ. oē. n. ꝙ significatur p aliq̄ȝ rōeȝ formalē vt sic: est formalitas. sed oē tale itelligibile significatur per aliquam rationem formalem. ergo ꝛc̄. Denominatur autem formalitas remote a forma cōiter capta. i. ꝓ eo quod ē principium cognoscēdi. sed ꝓxime a ratione formali: per quā significatur. sed contra predicta arguitur: q: formalitas ē aliquid positiuū. ſȝ nō oē itelligibile pse vnū ē positiuū. cū negatio sit intelligibilis. ergo nō oē itelligibile p se vnū est formalitas. Rn̄deṫ: ꝙ lȝ nō omne intelligibile sit in se ꝛ extra aīam aliquid positiuum: tamen vt est in aīa ꝛ vt intelligibile est aliquid positiuū: q: vt sic habet esse aprehensum: ꝛ ꝯñter est ens aliquo modo. omne autē quod est ens: vt sic. est aliquid positiuum vel in se ꝛ extra aīam: vel in aīa. vnde etiam negatio que in se ꝛ extra aīam: nō est aliquid positiuum: vt ē in aīa ꝛ vt intelligibilis: est ens ꝛ aliquid positiuum. Et licet in deo non concedamus plures realitates absolutas: concedimus tamen plures formalitates absolutas. est. n. in deo formalitas sapientie: iustitie: bonitatis: intellectus: voluntatis: que sunt idem realiter inter se ꝛ differūt per respectus. sicut dicitur de ideis: ꝛ rationibus diuinis: ꝛ de potentijs dei vt est potentia generatiua ꝛ spiratiua: nam quelibet formalitas in deo est ipsa essentia diuina cuȝ respectu ad rationem suam: quam habet in mente diuina: in qua sunt rationes omnium rerum que sunt i deo ꝛ extra deuȝ. fm. s. Tho. 1. q. 55. ar. 3. nec vna formalitas predicatur ꝺ altera alioquin iustitia in eo ꝙ iustitia eēt sapientia in eo ꝙ sapientia. sicut etiam idea vel ratio vnius rei non predicatur de idea vel ratione alterius rei. ꝛ sicut vna potentia diuina non predicatur de altera. Sed contra q̄libet formalitas in deo est essentia dei. sed sunt ibi plures formalitates ergo plures essentie. negatur ꝯñtia. tū q: differunt rōne. tū q: mutaṫ ad aliquid in q̄ȝtū. ꝛ si dicaṫ: est ibi alia ꝛ alia formalitas: ergo alia ꝛ alia essentia: mutatur ad aliquid i. quid: ꝛ committitur fallatia figure dictionis. pro declaratione tamen scito: ꝙ ali-

quid est in deo dupliciter. et aliquid in intellectu diuino dupliciter. pmo dicitur esse aliquid in deo seu in natura diuina realiter et formalr seu secundum propriam rationem. vt sapientia: bonitas: intellectus. secūdo dicit esse aliquid in deo eminenter et virtualiter. et sic oēs rerum creatarum perfectiones que non sunt pfectiōes simpliciter: et oēs creature sunt in deo. Dicitur autē aliquid eē in intellectu diuino primo mō quasi subiectiue. vt idee et rōnes diuine. et pñter creature sm ideas et rōnes suas dicuntur esse in deo quasi subiectiue. secūdo mō dicitur aliquid eē in intellectu diuino obiectiue et ī eē cognito. et illud quod est in intellectu diuino hoc modo vt sic: non est idem q deus. imo vt sic est ens rōnis. quod autem est in intellectu diuino quasi subiectiue vt sic: est idem qd deus. nā idea et rō diuina ē idē quod deus. Quod etiā est ī deo seu in natura diuina: siue realr: siue formaliter siue eminenter et virtualiter vt sic: est deus. Probatur ēt qd oē ītelligibile p se vnū sit formalitas vel habeat formalitatē. Quia illud de q aliquid predicatur formalr: vel qd predicatur de alio formalr. ē formalitas quedā. vel habet formalitatē. ista nō pōt negari nisi a proteruis. quia ex terminis est nota. sed de oī ītelligibili tali pōt pdicari alqd formaliter: vel illud pōt d alio predicari formalr. ergo etc. mi. probatur. q de oī tali ītelligibili pōt aliquid predicari per se in primo modo: vel ipsum pōt predicari de alio per se in primo modo. ergo de oī tali ītelligibili pōt aliquid pdicari formaliter: vel ipsum potest de alio pdicari formaliter. Antecedens probatur. q de oī tali ītelligibili predicatur rō sua per se et non per accidens. sz nō per se in secūdo mō. ergo per se ī p modo. Formalitas vero cōiter: est ratio obiectalis vniuscuiusqz.

¶ Scotiste autem aliter sentiunt circa formalitatem. Dicūt. n. q formalitas capit tribus modis primo large. et sic formalitas est ratio obiectalis in re aprehensa ab intellectu ex natura rei: quā non oportet semper mouere intellectū: dū mō actum intellectus possit terminare. quod dicitur propter relationes et negationes: que possunt actum intellectus terminare: sed non possunt intellectum mouere ad sui intellectionem: quia non sunt principiū actiuum et productiuū forme absolute: qualis est intellectio. et isto modo capiēdo formalitatē: oē qd est extra nihil. est formalitas. Scdo capit formalitas proprie et stricte. et sic formalitas est ratio obiectalis: sub qua vnaquequ res distincte pcipi pōt ex natura rei et formalitas hoc mō sumpta: ē idez conuertibiliter q rō obiectiua: et cō munior quiditate. et dicitur de omni eo q est ens qditatiue: et de oī eo qd est aliquid entis: preterq̄z de modis intrinsecis. q formalitas ppie dr id qd hēt distinctā cōceptibilitatem ex natura rei. Tertio mō capit formalitas strictissime et ppriissime: et sic formalitas dr id qd pdicat qditatiue de aliquo: vel de quo aliquid quiditatiue predicatur. et formalitas hoc mō sumpta cōuertit cū quiditate. et est minus cōis q̄z realitas. et dfie indiuiduales dicuntur formalitates duobus primis modis: nō aūt tertio mō. Quiditas aūt apud eos

dicitur proprie illud qd predicatur in quid et sic dria nō est quiditas qr nō predicatur in quid sed in quale. Dicūt preterea q quiditatiuū dicit sex modis. Primo essentiatiue. et sic dr qditatiuū qd dicit totā essentiam alicuius. et ita spēs spālissima dr ens qditatiuū: qr dicit totā essentiā indiuiduorum fm porphirium in caplo de specie. sic q indiuidua non addunt vltra spēm: aliqd predicatū qditatiuum. qd non includatur in specie. Secūdo dr aliqd quiditatiuū cōstitutiue. et sic dr qditatiuū qd intrinsece ꝯstituit aliquā rē. vt mā et forma physicaliter: genus et dria metaphysicaliter loquēdo. Tertio dr aliquid qditatiuū specificatiue. et sic dr qditatiuū qd vltimo ponit rē in esse specifico. vt dria specifica. Quarto dicitur qditatiuū repntatiue. et sic dr qditatiuū qd est repntatiuū essentie. vt spēs intelligibilis. Quinto dr qditatiuū indicatiue. vt diffinitio q̄ indicat qditatē. Sexto dr qditatiuū pdicatiue. et sic dr qditatiuū qd pdicat in quid precise. addūt aūt pcise: pp diffinitionē q̄ non predicatur in qd precise sed in quale qd fm eos.

¶ Sed aduerte q in predictis plures falsitates dicūtur. Prima falsitas est: cū dīt q rlo nō pōt mouere intellectū ad sui intellectionē. pbat qr illud qd hēt ppriā spēz incogitatiua: pōt mouere intellectū ad sui intellectionē 3° de aīa co. 33. Sz relo pntatis et inimicitie hēt ppriā spēcié incogitatiua. ergo etc. pbat mi. qr fm co. in 2° de aīa. cogitatiua cognoscit intentiones oium pntorum. ergo hēt spēs illorum. ꝯfirmat. qr extimatiua in brutis vt extimatiua ouis cognoscit filiationem. qr cognoscit hūc agnū esse filiū suū. et cognoscit inimicitiā. qr cognoscit lupū esse inimicū suū. ergo cognoscit filiationez et inimicitiā. ergo hēt spēz filiatiōis et inimicitie: cū ois cognitio sit per spēm. ergo multo magis cogitatiua cōfirmatur scdo. qr doctores cōiter dicūt q cogitatiua ex spēbus sensatis format in se spēs insensatas. quales sūt spēs relationū. scdo sic. obiectū itellectus est motiuū itellectus. qr sicut sensus se hēt ad sensibile ita intellectus ad intelligibile. 3° de aīa sensus aūt mouet a sensibili et obiecto suo. ergo intellectus mouetur ab intelligibili et obiecto suo pprio. qd est ens: ergo cū in relone saluet rō entis. sequitur qd relo sit motiua intellectus. ad sui intellectionē. cōsequētia patet: qr illud est motiuum intellectus in quo saluat rō eius qd est motiuū intellectus: seu in quo saluatur formaliter id qd est motiuum intellectus ad probationē in contrarium dicitur q relo fm se non est actiua aut productiua. sed secundum suam speciem est actiua et productiua instrumentaliter. actione et productione intentionali non naturali. Secūda falsitas est. cū dicunt q formalitas scdo modo capta conuertitur cum ratione obiectiua. qr rō obiectiua seu obiectalis est illud quod significatur per conceptū vel rōnē formalē seu subiectiuam. i. q̄ est subiectiue in intellectu. vt sic. cōstat autem quod illud quod significatur p conceptum mentalem: non conuertitur cum formalitate scdo modo capta: sed cum itelligibili. ergo formalitas secundo modo capta et ratio obiectiua seu obiectualis non conuertuntur.

¶De terminis notantibus formalitatem ꝛ quibusdā alijs. Cap. 9.

Ste terminus formaliter: multis modis accipitur. primo accipitur vt iportat rōnē formalem aut formalitatē rei. vt cū dicimus sapiā idiuinis formalr̄ sūpta nō est iustitia formalr̄ sūpta. i. ſm suam rōem formalē aut ſm suā formalitatē sūpta. ꝛ i q̄ztū huiusmodi. ꝛ ꝑdicata tenētur formalr̄. i. sub rōne ꝓpria formali. scd̄o accipit̄ vt iportat ꝑdicationē formalē ꝛ iherētiā formalē qditatiuā. vt hō ē formalr̄ al̄: ē formalr̄ rōnalis. ꝛ sapiā indiuinis nō est formalr̄ iustitia. i. iustitia nō inest sapiē sicut aliqd qd̄ sit de rōne formali eius. al̄ aūt ꝛ rōnale in sunt hoī sicut de rōne eius formali. Quāuis ēt in ꝑdictis exēplis possit determinare subiectū ꝛ nō inherētiā ꝑdicati ad subiectū. si preponat̄ copule verbali sic. hō formalr̄ est al̄. i. hō secūdū rōez suā formalē est aial. ꝛ sic notat rōnē formalē. tertio accipitur vt notat denominationē factā a forma in existente ꝛ dāte esse. vt hō est formalr̄ risibilis. est formaliter albꝰ. i. est albus ꝑ albedinē in existentez: ꝛ dantē ei esse. itē hō albedine ē formalr̄ albꝰ. quarto mō accipit̄ vt notat ꝑncipiū formale opādi. vt ignis calore formalr̄ calefacit. i. vt principio formli. ꝛ albedo formalr̄ facit albū. ꝛ malū formalr̄ corrūpit benū. quinto accipit̄ vt notat actū vel operationē: qua qs agit vel patit̄ vl̄ operat̄. vt ignis calefactiōe formalr̄ calefacit. ꝛ intellectus intellectiōe formalr̄ itelligit. sexto accipit̄ vt notat significatū formale. i. qd̄ ex īpositione significatur. vt cū dr̄ vl̄e formalr̄ est intentio scd̄a. i. ſm suū formale significatū. ꝛ terminus supponit formalr̄. i. pro formali significato. septimo accipit̄ formalr̄. i. q̄ztū ad id qd̄ est formale. vn̄ astrologia formalr̄ ē magis matcª. q̄z nālis. i. q̄ztū ad formale suū. s. q̄ztū ad ꝑncipia ꝑ q̄ demōstrat. 22ᵉ. q. 9. ar. 2. 3ᵐ. octauo accipit̄ formalr̄. i. q̄ztū ad id a quo hēt spēz puta ex obiecto. vt dic̄. s. Tho. 4. di. 31. q. 1. ar. 3. 4ᵐ. nono. i. ſm se. vt numerus formalr̄ est prius q̄ztitate continua. i. ſm se. 10. i. ſm formaz vel differentiam formalem.

¶Materialiter ēt multis modis accipit̄. Primo. i. ꝑ mr̄iali significato vn̄ terminus supponit mr̄ialr̄. i. pro mr̄iali significato. Secūdo mr̄ialr̄. i. q̄ztū ad id qd̄ est mr̄iale. ꝛ sic actio quātū ad mr̄iale est in patiente. Tertio mr̄ialr̄. i. absolute ꝛ q̄ztū ad sbam actus. vt dicit. s. Tho. i. 4. vbi. s. Quarto mr̄ialr̄. i. subiectiue vel fūdamētalr̄. ꝛ sic albū mr̄ialr̄ pōt eē nigꝝ. i. subiectiue acceptū. Quinto i. vt ē i mr̄ia. ꝛ sic q̄ztitas ꝯtinua mālr̄ ē ꝑor nūero. Alijs ēt modis accipit̄. sꝫ isti sunt famosi ꝛ vsitati.

¶Dictio reduplicatiua vt ly iq̄ztū i eo ꝙ. ſm ꝙ. vt sic qn̄ tenet̄ redupᵉ notat rōez formalē. ꝛ ꝯn̄t̄ formalitatē t̄mini reduplicati. ſꝫ arist. 5. met. c. d̄ ſꝫ ꝙ. vt hō iq̄zᵐ hō. iq̄ztū al̄. iq̄ztū cōpꝰ. iq̄ztū sba. iportāt̄. n. diuerse rōes formales: ꝛ diuerse formalitates ꝯuemētes hoī: i ꝑdcīs exēplis. Et aduerte: ꝙ qn̄ tenet̄ reduplicatiue: iportat ꝙ ꝑdicatū cōueniat ꝑ se ꝛ vl̄r̄ reduplicato. ꝛ ꝙ illd̄ qd̄ reduplicat̄: sit cā ꝙ ꝑdicatū insit simplr̄ sbo. ſꝫ nō cā ꝑcisa vt scotiste dicunt.

Nā quelibet istaꝝ est reduplicatiua vt patet per exponētes suas hō ſm ꝙ albus est visibilis. hō ſm ꝙ niger est visibilis. ergo albedo nō est precisa cā ꝙ hō sit visibilis. exponit̄ autem sic. hō est albus: hō est visibilis ⁊ si aliqd est album illud est visibile ergo. hō inquātū albus est visibilis. Quādo vero tenet̄ specificatiue. importat predicatū cōuenire subiecto simpl'r. vel ſm qd. s. ſm id qđ reduplicatur. vt hō ſm ꝙ est intellectiu⁹ est imortalis. Christus ſm ꝙ ē hō: est creatura. nō. n. hō est simpl'r immortalis: nec christus ē simpl'r creatura. sūt ⁊ alia exēpla. vt sortes inqȝtum pr̄ est simul cū filio. substantia i qȝtū frigida ē posterior qȝtitate. hō inqȝtū corpus est ignobilior asino. sed nō importatur ꝙ predicatū cōueniat p se ⁊ vl'iter ei sup qđ cadit reduplicatio. vt hō ſm ꝙ albus videtur. hō ſm ꝙ medicus curat. hō ſm ꝙ edificator edificat. non. n. albū per se ⁊ vl'iter videtur. sed est p se visibile ⁊ vl'iter est visibile. simil'r medicus nō curat p se. sed ē p se curatiuus. itē ens inqȝtū ens est subiectū meta. nō. n. oē ens est subiectuȝ meta. Importat aūt ꝙ p̄tū cōueniat subiecto. ſȝ ꝙ inest ei id super quod cadit reduplicatio: ⁊ qđ p̄tum cōueniat ei sup qđ cadit. Ex p̄dictis patet in quo sensu ista sit vera. q̄ cōceditur a. s. Tho. de pōa. q. 8. ar. 3. pr̄ ſm ꝙ deus est cōis. sed inqȝtū pr̄ ē qđ propriū ⁊ distinctū. ⁊ simil'r patet de istis in quo sensu sint vere. essentia ſm ꝙ pr̄ ē gñans. essentia ſȝ filius est genita. essentia ſm ꝙ est pr̄ est in cōicabilis. filius ſm ꝙ ē essentia est pr̄. verbū ſm ꝙ est sapia ⁊ essentia. est pr̄ ſm Aug. in. 7. đ tri. ⁊ magistrū in p̄ di. 27. filius ſm ꝙ ē essentia. est in gñabilis. sunt. n. vere prout ly ſm ꝙ. tenetur specificatiue nō aūt reduplicatiue. iste aūt sūt false. essentia ſm ꝙ est in pr̄e. nō est filius. pr̄ ſm ꝙ est essentia: nō est filius. Circa qđ sciendū est: ꝙ dictio reduplicatiua cū tenet̄ specificatiue: qñqȝ specificat rōeȝ essendi tale qd. ⁊ sic exponit̄. motus est actus entis in pōa in qȝtū in pōa. i. ſm rationeȝ qua est ens in pōa ⁊ nō i actu. qñqȝ specificat rōem principij actiui vel materialis. ⁊ sic exponit̄. medicus edificat i qȝtū edificator. i. ſm rōem qua edificator est seu q2 habet artē edificandi: q̄ est sibi rō ⁊ cā edificādi. p̄ phy. tex. 74. ⁊ medicus. fit alb⁹ inqȝtū est niger. i. ſm rōem qua niger est. seu ex nigro vt ex cā mr̄iali. qñqȝ specificat nām vl' partē vl' gradum. ⁊ sic exponit̄. christus inqȝtuȝ hō flagelatus est. i. quo ad humanitatē. pr̄ indiuinis inqȝtum deus: est cōis. i. quo ad deitatē. sba inqȝtū frigida est posterior qȝtitate. i. quo ad frigiditatē: hō inqȝtū capillatus est crispus. i. quo ad capillos. hō iqȝtū corpus ē ignobilior asino. i. quo ad gradū corporeitatis. ſm Ant. An. vero in. 7. q. meta. ad finem sic exponitur. hō inqȝtū hō ē albus. i. id qđ est hō est albus. ⁊ i. 4. q. 3. ens vt distinguit̄ ab vno est vnū. i. ens qđ distinguit̄ ab vno est vnū. ſȝ male exponit. q2 sic exponēdo iste ꝓpōnes essent vere. medicus inqȝtū medic⁹ edificat. medicus inqȝtū medicus fit albus. cōtra phuȝ. p̄ phy. tex. 74. ⁊ loquit̄ ibi specificatiue. nā si reduplicatiue. tūc ista q̄ ibi cōcedit̄: esset falsa. medicus inquātū niger fit albus. q2 infert istā falsam. oē nigrum fit albū.

fit albū.ꝓ prīorū. Qn̄qꝫ vero specifi cat esse. vt natura humana inq̄ꝫtum est in forte:est hec. qn̄qꝫ suppositum vt christus inq̄ꝫtuꝫ hō:est filius dei. qn̄qꝫ cōcomitantiā causalē. vt bonū inq̄ꝫtum deficiens:est causa mali. d̄ pōa.q.r.ar.z.2m. Secūdo aduerteꝙ aliud est aliquid cōuenire alicui reduplicatiue: ⁊ aliud est dictioneꝫ reduplicatiuam teneri reduplicatiue. conuenire.n.alicui reduplicatiue:ē conuenire illi cum reduplicatione illius ⁊ ſm ꝙ ipsuꝫ:ita ꝙ ipsum bis repetitur. vt homo inq̄ꝫtum homo: est risibilis: ⁊ hoc dupliciter pͥmo adequate ⁊ conuertibiliter. vt in dicto exemplo: homo inq̄ꝫtum homo: est risibilis. ⁊ tunc dictio reduplicatiua importat ꝙ reduplicatuꝫ sit cā adequata ⁊ precisa inherentie predicati:ita ꝙ cuicunqꝫ inest p̄tum:inest per rōem ipsius reduplicati ⁊ p̄cise per illam. cuicunqꝫ.n.inest risibile inest per hominem: seu per rōneꝫ hominis: ⁊ precise per hominē ⁊ sic accepit Arist.ꝑ poste. Secūdo modo cōuenit aliquid alicui ſm qd̄ ipsum seu cum reduplicatione sui ī adequate ⁊ in conuertibiliter. vt hō inq̄ꝫtum homo est animal. ⁊ tūc dictio reduplicatiua īportat: ꝙ reduplicatum sit cā inherentie predicati in adequata ⁊ in conuertibilis:nō precisa. vt patet. in predicto exēplo. non enim cuicunqꝫ inest animal: inest per hominem. conuenit.n. asino non per hominem. Dictionem vero reduplicatiuam teneri reduplicatiue:est ipsam notare ꝙ reduplicatum sit causa inherentie p̄ti ad subiectum simpliciter:ita ꝙ simpliciter conueniat subiecto: ⁊ ꝙ predicatuꝫ conueniat vniuersaliter ⁊ per se reduplicato. vt supra dictum est. Et dicitur dictio reduplicatiua. non quia semper reduplicet ⁊ repetat idem: sed quia potest reduplicare. Dicit etiam teneri reduplicatiue: qꝛ tenet eo modo sicut cum reduplicat ideꝫ subiectum.

¶ Per se etiam multis modis dicit Primo vt per se est idem ꝙ per ꝓpriam rationem precise: vt propria est. ⁊ sic est idem conuertibiliter cuꝫ ſm ꝙ ipsuꝫ: ſm Arist. primo poste. probat.n.ibi ꝙ linee inest punctum per se. quia inest ei secundum ꝙ linea seu secundum ꝙ ipsum. probat etiam ꝙ triangulo insunt duo recti secundum ꝙ triangulus: seu secundum ꝙ ipsum. qꝛ insunt per se triāgulo.i. valere duos rectos per se inest triangulo. ergo secundum arist. per se hoc modo: ⁊ secundum ꝙ ipsum conuertuntur. ex quo mutuo se inferunt. ⁊ .5. meta.c. de ſm ꝙ. per se bonū:est essentia boni ſm quaꝫ aliquid dicitur bonum. Secundo per se vt distinguitur contra contingenter. ⁊ sic est idem quod necessario. vnde importat habitudineꝫ ⁊ inherentiam necessariam predicati ad subiectum. ⁊ hoc duobus modis secundum duos modos predicandi per se. de quibus supra dictum est. Tertio per se.i. non per aliud. ⁊ sic albus predicatur per se de homine .i. non per aliud: sed gratia sui: sed homo predicatur per accidens d̄ albo.i. per aliud seu gratia alterius.s. gratia subiecti ipsius albedinis: ſm Arist. primo poste. iteꝫ deus est ens per se.i. non per aliud. Quarto per se.i. nō in alio. vt substantia est ens per se.i. non in alio. hec autem: accidens est ens per se: est falsa. si ly per

se determinet in herens.s. predicatum: quod est ly ens. si autem determinet verbū: sic est vera. q2 importat inherentiā necessariam. τ importat φ ens predicatur per se de accidente. Quinto per se.i. ex intentiōe vt habet 2° phy. τ.5. etbi. Sexto per se.i. inq̄ztuz huiusmodi. vt medicus per se sanat.i. inq̄ztum medicus. τ similiter edifiator p se edificat. Septimo per se.i. ex se τ propria virtute: τ non ab alio. vt aīalia mouētur p se.i. ex se: τ p principiuz intrinsecū. Octauo per se.i. solitarie τ non cuz alio: vt sortes p se trahit nauim.i. solus τ non cum alio trahit. Nono p se.i. propter se seu per se ipsum: τ sic importat cām aliquā necessariam. vt interfectus per se iterijt.i. ꝓpter ipsam interfectionē.i. vulnerationē τ sic est quartus modus per se positus ab Arist. primo poste. qđ est qñ subiectum est cā predicati in aliquo genere cause.

¶ Secūdū se ēt dicitur multis modis. Primo dr̄ fm se i esse alicui qđ est de rōne illius. τ ēt rō seu diffinitio in est fm se diffinito. vnde fm se .i. fm propriam rationem formalē. Secūdo dr̄ fm se i esse alicui: quod i est alicui vt p̄mo subiecto: siue illđ fm se totū sit primū subiectum. siue fm partez. sicut homo dr̄ viuēs fm se. q2 fm animā est subiectum vite. Tertio dicit fm se.i. nō ꝓpter aliaz cām. vt hō est hō fm se. q2 nihil est cā φ hō sit hō: cū sit ꝓpositio immediata. Quarto dr̄ i esse fm se alicui: qđ in est ei solitarie τ separatim accepto. nā hoc qđ dico fm se: significat separatum ab alijs. vnde fm se .i. fm nām suam vt ab alijs abstrahit. Hos.4. modos f3 se ponit Aristo.5. meta. cum autē aliquid secundum se accipitur: nō excludit ab eo esse: sed excludunt alia entia ab eo realiter distincta. nā fm Arist. p̄mo phy. sba fm se.i. solitarie τ separatī accepta: non est infinita: aut q̄zta: q2 sic nō hēt magnitudinē.i. q̄ztitatem aliquā: sed ē q̄zta fm accidens: inq̄ztum est simul cū q̄ztitate. Aduerte tñ φ dictio solus: q̄nq3 importat solitudinē. q̄nq3 exclusionē. đ quo dic vt habetur diffuse a.s. Tho. in p̄ di. 21. p totā distinctionem. Et similr ly solitarie licet proprie significet solitudinem: tñ q̄nq3 a doctoribus accipitur. vt dicit exclusionem.

¶ Per accidēs multipliciter dicit. Primo.i. contingenter seu non necessario. Secundo.i. preter intētionē. Tertio.i. per aliud: etiam si illud aliud sit pars. nā.4. phy. idem est in se ipso per accidens.i. per partem τ 9. meta. forma ḡnatur per accidens .i. ad generationē alterius. Quarto .i. non inq̄ztū tale. vt musicus edificat per accidens.i. nō inq̄ztum musicus p̄ phy. lect.14. τ sic priuatio ē principium per accidens.i. nō inq̄ztum priuatio: sed inq̄ztū cōiungitur necessario mīe q̄ est principiū p se. Quinto.i. ex cōsequenti τ nō principaliter. nā.8. phy. remouens prohibens descensuz est causa p accidēs descensus τ motus.i. ex ꝯñti τ minus principaliter. Sexto.i. vt in paucioribus vel a casu. Septimo.i. non propter hoc seu nō propter ipsum. nā fm Aristo. p̄ poste. si te ambulante corruscauit. fuit per accidēs.i. nō propter ipsam ambulationem. sed propter aliam cām. Octauo per accidens.i. per aliquid additum essentie: τ non per essentiam. τ sic aīa est

beata per accidēs.i.per aliquid ad/ditum essentie.ꝛ non ꝑ essentiam.
¶Per essentiā aūt dupliciter dicit̄. Primo vt ly.p.importat principiū actiuū vel formale.ꝛ sic dicimus ꝙ deus agit per essentiam suam:qꝛ es/sentia sua est sibi rō agendi: seu ꝓxi mum principium agendi.itē dicim᷒ ꝙ angelus intelligit se per essentiaꝫ suam:qꝛ ipsa est sibi rō ꝛ principiuꝫ intelligendi se.ꝛ quelibet res ē vna per essentiā suam:loquendo de vno transcendenti.ꝛ ꝙ deus est bonus per essentiā suam.ꝛ sic denotatur ꝙ rei essentia sit id quo res est vna: ꝛ ꝙ essentia dei sit id quo deus est bo nus.nam essentia dei est bonitas ei᷒ ꝛ essentia rei est vnitas eius.creatu ra vero non est bona per essentiam suam.qꝛ est bona formal̄r per aliqd qd̄ est extra essentiam.s.per eē suum ꝛ per accidentia quedam. Secūdo accipit̄ per essentiaꝫ: vt distinguitur contra per participationē.vt sic ali/quid dicatur tale per essentiam : qn̄ est tale ꝛ nō ꝑ participationē. ꝛ qd̄ est tale per essentiam puta bonus ꝑ essentiam:non est nisi vnū.nō.n.pos sunt esse plura per essentiā : que sint eiusdē rōnis ꝛ in eadē specie. vnde ſm platonē per se hō seu per eēntiā hō erat vnus tm̄.s.idea hois. ꝛ simi liter per se asinus:ꝛ ita de alijs. Ad hoc autē ꝙ aliqd sit tale per essenti am.i.nō participatiue:oportet ꝙ ha beat oēm perfectionē possibilem cō petere illi tali:ita ꝙ sit illud perfec/tissimo modo.alioquin eēt tale par ticipatiue.item oportet ſm.s. Tho. 1.q.44.ar.3.in scd̄o argumēto ꝙ in eo nō sit aliquid:qd̄ sit extra rōnem illius talis.i.extra essentiaꝫ illius ta lis.Cū aūt dicit̄ oē tale per partici pationē reducit̄ ad tale per essentiā intelligitur vel ad aliquid eminen/tius:cōtinens illud eminentiori mō vt colligit̄ ibi ex dictis.s.Tho.Et si cut dicit.R.generalis.1.q.6.ar.3.qn̄ ly per essentiā determinat ꝑdicatuꝫ tunc accipitur vt distinguit̄ cōtra ꝑ participationē.Et ſm porphy.spēs participat genus:ꝛ indiuidua spēm ꝛ oē inferius participat suū supius.
¶Simpliciter accipitur multis mo dis. Primo vt distinguitur contra multipliciter.ꝛ sic simpl̄r est ideꝫ ꝙ vno modo. vnde ſm porphy. neqꝫ gen᷒ neqꝫ spēs dr̄ simpl̄r.i. vno mō sed pluribus modis. Secundo sim pliciter.i.oībus modis.vt bonū sim pliciter.i.oībus modis.22ᵉ.q.58.ar. 10.2ᵐ.Tertio simpl̄r.i.sine aditione nō ſm quid.ꝛ sic accipitur in falla/tia simpliciter ꝛ ſꝫ qd. Quarto sim pliciter.i.absolute ſm se seu ſm nāꝫ suā separatim ꝛ solitarie acceptā: ꝛ per ꝯn̄s illimitate ꝛ abstracte nō cō tracte.nā ſm.s.Tho. loco proxime allegato:aliquid dicitur bonū sim/pliciter:qꝛ est est bonū absolute.i.in se ꝛ ſm nām suā.5.ethy.c.2. Et ſm philosophum.5.meta.c.de ſm se.ly ſm se significat solitudinē ꝛ separa tionē ab alijs. Quinto.i.indistincte Sexto.i. inqꝫtum huiusmodi. pmo phy.tex.74.ex non ente simpliciter nihil fit.i.per se vel inqꝫtum est nō ens.Septimo.i.indiuisibil̄r ꝛ nō cō positiue.nā simplex est: qd̄ nō ē cō/positū vel admixtū.vn̄ dr̄ aurū sim plex.i.purū ꝛ nō admixtū vel cōpo sitū cū alia materia . Octauo.i. non malitiose aut fraudulenter. naꝫ iob erat vir simplex.i.sin̄ malitia ꝛ frau de.ꝛ dr̄ discipulis . estote simplices sicut columbe.

¶ Absolute ẽt multipl'r dr. ꝑ vt distinguit cõtra relatiue. 2° vt distinguit ꝯtra ex suppositiõe. 3°. i. ꝫ nã3 suã ꝛ nõ ꝫm aliqd additũ. vt inquit .s. Tho. 22°. q. 58. ar. 10. 2m. ꝛ. 1. q. 19. ar. 6. 4°. i. inqꝫtũ tale ꝛ ꝫm propriã3 rõem: ꝫm. s. Tho. de ente ꝛ essentia c. 3. ꝛ sic valet ꝫm se ꝑ modo. 5° vt distinguitur cõtra ꝫm quid. ꝛ sic valet simpliciter. tertio modo acceptum. Accipitur etiã absolute ꝓ abstracte ꝛ illimitate non contracte. Sed hic modus reducitur ad tertium modum.

¶ Proprie dicit pluribus modis. Primo vt distinguitur contra metaphorice. Secũdo vt distinguitur cõtra abusiue. Tertio vt distinguit cõtra large extensiue ꝛ cõiter. ꝛ sic ꝓprie. i. stricte: non extensa significatione vocabuli. ꝛ proprie hoc tertio modo sumptum habet latitudinem quandam: nã ꝫm porphi. i capitulo ð dr̃ia. Dr̃ia tribus modis sumitur .s. cõiter. proprie: ꝛ magis proprie. Uniuersaliter autẽ dicit terminus proprie accipi: qñ accipitur pro eo. quod significat ex impositione: ꝛ hoc est formale significatum eius vel pro eo in quo saluatur ratio eius quod significat ex impositione. improprie vero accipitur: quando nõ accipitur secundum primam eius ĩpositionem: sed secundum extensionem quandam nisi ista acceptio sit in cõi vsu: qꝛ tunc etiam proprie diceretur accipi. 1. q. 67. ar. 1. vt patet de hoc nomine lumẽ. quod proprie dicitur in spiritualibus ꝓpter cõem vsum loquendi: qui equiualet impositioni: quando non attendit amplius similitudinem ad primum significatum.

¶ De diuisione distinctionis ꝛ ð distinctione reali ꝛ distinctione ex natura rei. Capitulum. 10.

Omnis distinctio aut est realis: aut rõnis: probatur. qꝛ omne ens aut est reale: aut rõnis. ergo oĩs distinctio aut ẽ realis: aut rõnis. probat ꝯñtia: qꝛ distinctio est ens. Scðo sic oĩs identitas aut est ꝫm diffinitionẽ seu rõem aut secundum subiectum. 4. meta. co. 3. ergo oĩs distinctio aut est ꝫm diffinitionẽ aut ꝫm subiectũ: nã quot modis dr̃ vnum oppositorum tot modis dicit reliquum. 1. top. distingui autẽ subiecto ẽ distingui realiter. 3. phy. co. 18. ꝛ co. 22. ꝛ. 5. ethi. co. quarti. c. Distinctio realis qñq3 est inter rẽ ꝛ re3. qñq3 aũt est inter extrema quorum vnum includit aliquid reale quod nõ includit aliud. ꝛ sic distinguitur totum ꝛ pars: ꝛ homo albus: ꝛ homo. ꝛ istud reale quandoq3 est intrĩsecum cõstitutioni ipsius distincti: ꝛ de intellectu eius. ꝛ sic distinguuntur suppositum ꝛ natura in substantijs materialibus: qꝛ suppositũ materiale includit in intellectu suo ꝛ in sua constitutione: principia indiuiduantia: que non includit natura. vnde distinguuntur per intrinseca sue constitutioni: q̃uis etiam vltra hoc distinguantur per extrinseca. qꝛ natura non includit esse: sed suppositum includit esse: sed non in sua constitutione. Quandoq3 vero istud reale non est intrinsecum constitutioni ipsius distincti. ꝛ dicitur per extrinseca sue constitutioni. ꝛ sic distinguũtur suppositũ ꝛ natura in substãtijs.

separatis preter primam. qz suppositum in eis includit esse: sed non in sua constitutione: nã auté non includit esse. item distinctio realis q̃ non est inter rem ꝛ rem: qñqz est per respectus reales vel alia absoluta cónotata in rónibus distinctorũ q̃ nõ sunt de essentia distinctorum. ꝛ sic distinguuntur actio ꝛ passio que sunt idem motus. 3° phy. ꝛ pñter eadem res in recto: sed connotant in róne sua diuersos respectus.

¶ Sunt autem eadem realiter illa: que cum sint in rerum natura ita se habent ꝙ quicquid realitatis includit vnum: includit reliquũ. Distingũtur vero realiter illa: que cũ sint in rerum natura: ita se habent: ꝙ nõ quãcũqz realitatem includit vnum: includit etiam reliquũ. Si auté nullum eorum existat: vel si vnuz illoꝝ tñ existat: non possent distingui realiter. qz distinctio realis est relatio realis: q̃ requirit extrema existere ĩ rerum natura ꝛ in actu: ẜm. s. Tho. 1. di. 26. q. 2. ar. p̃. ꝛ pari modo identitas realis ẜm qd: qualis ẽ generica ꝛ specifica cũ sit reło realis: reqrit extrema in actu existentie. Qđ auté identitas gñica ꝛ specifica sit realis probatur. qz si esset identitas rónis esset ens rónis: qđ ẽ falsũ: qz vtraqz est reło realis. 1. q. 28. ar. 1. 2m. iteꝫ illa que sunt eadeꝫ genere vel specie: essent eadẽ róne. est ergo identitas realis: sed identitas ẜm qd ꝛ nõ simpliciter. identitas autem numeralis est realis denominatiue ab identitate rei. que eniꝫ sunt eadem numero sunt eadem realr: qz non distinguunt realr: sed non est realis formalr ꝛ itrinsece: qz est reło rónis ꝛ pñter est ens rónis apud. s. Tho. loco proxime adducto. ꝛ in. 5. meta. lect. 7.

¶ Diuiditur auteꝫ distinctio realis in essentialem: accidentalẽ: formalẽ ex natura rei: ꝛ subiectiuam. De quibus sigillatim diserendum est. Scotiste etiam addunt distinctioneꝫ ex natura rei: quã dicũt nõ esse realeꝫ.

¶ Distingũtur auté realr ẜm ipsos illa: que ita se habent disiunctiue: ꝙ vnum põt esse sine alio: vel ꝙ vnuꝫ est producens ꝛ aliud productum: vel que sunt in pluribus rebus realiter distinctis. Sunt vero ẜm ipsos eadem realiter: que ita se habent. ꝙ vnum non potest separari ab alio sine contradictione ex cã intrinseca: ꝛ ꝙ vnum respectu alterius non sit originans ꝛ aliud originatum: ꝛ ꝙ non sint in pluribus rebus realr distinctis. ꝛ ad identitatem realem requiruntur copulatiue oẽs ille tres conditiones. probatur qz talia eadẽ generatione generantur: ꝛ eadẽ corruptione corrumpuntur. ergo sũt eadem realiter. pñtia patet ex. 4. met. tex. 3. sed dr̃ ꝙ q̃ generantur eadem generatiõe ꝛ corrũpuntur eadeꝫ corrupt. sunt eadem realr: si eque p̃ generentur ꝛ per se. Modo non oĩa ĩseparabilia ex causa intrinseca sunt huiusmodi.

¶ Sunt autem ẜm ipsos eadem ex natura rei: illa de quibus duo predicata opposita secluso opere intellectus collatiuo verificari non possũt. Distinguntur vero ex natura rei siue modalr: illa de quibus duo contradictoria secluso opere ĩtellectus verificari possunt. sicut bõ: ꝛ alr. essẽtia diuina: ꝛ paternitas. quarũ vna est cõicabilis pluribus: alia nõ. item distinctio realis apud scotistas dupliciter sũmitur. Primo proprie ꝑ

distinctione que est inter rem ⁊ rez.
Secundo large ⁊ cõiter: pro distin/
ctione illa qua aliqua distinguuntur
secluso opere intellectus. ⁊ hoc mo
do distinctio ex natura rei ẽ realis.
Dicunt etiam ꝙ illa que distinguunẜ
ex natura rei: distinguuntur per reali
tates: vt patet in formalitatibus eo/
rum in articulo vltimo.
¶ Nos autem licet concedamus di
stinctionẽ ex natura rei: non tamen
modo scotistaꝝ. Distingui .n. ex na/
tura rei apud nos: est distingui rea/
liter seu re ipsa: vel naturaliter ⁊ ſcʒ
rem seu ex parte rei: hoc .n. signifi/
cat ly ex natura rei. 9. meta. co. vlti/
mo. ⁊ ꝯñter non per opus intellect⁹
⁊ ad verificandum contradictoria:
sufficit distinctio rõnis actualis: vel
fundamentalis ⁊ virtualis. ſm .s.
Tho. 1. di. 35. q. 1. ar. 1. ⁊ 4. ꝯ gẽti. ca
pitulo. 14. ⁊ ꝑ di. 5. q. 1. ar. ꝑ.
¶ Quod autez distinctio ex natura
rei nõ sit bene exposita a scotistis: ꝓ
batur. qꝛ si illa distinguuntur ex natu
ra rei: de quibus verificantur predi
cata contradictoria secluso opere i/
tellectus: sequeretur ꝙ pater indiui
uinis: ⁊ deus: distinguerentur ex na
tura rei. ⁊ similiter essentia diuina ⁊
de⁹. diffinitio ⁊ diffinitũ. ⁊ ens cõissi
me sumptum: vt cõprehendit omnẽ
realitatẽ: ⁊ vnũ quod secũ conuer/
titur. que oĩa sunt falsa. ergo id ex q̃
sequũtur. probo oĩa predicta eẽ fal/
sa. ⁊ ꝑ de pr̃e ⁊ deo: qꝛ pr̃ ex natura
rei est deus: seu ex nã rei est idẽ deo
ergo non distinguitur a deo ex natu
ra rei. ꝯñtia patet. qꝛ oppositum ꝯñ/
tis non stat cum antecedente. est .n.
impossibile ꝙ pr̃ sit idem deo ex nã
rei: ⁊ distinguatur a deo ex nã rei.
Añs probaẜ. qꝛ pr̃ secluso ope intel
lectus est deus: ⁊ idem deo. ergo ex
natura rei est deus: seu idẽ deo. Se/
cundo sic. pater naturaliter est idez
deo. ergo ex natura rei est idem deo
ꝯñtia patet: qꝛ idem significat natu/
raliter ⁊ ex natura rei. Tertio sic. pa
ter ⁊ deus cõueniunt in natura rei.
ergo non distinguũtur ex natura rei.
Quarto natura rei non distinguit i/
ter ista: qꝛ est eadem omnino vtriusq;
qʒ nã. s. nã diuina. ergo nõ distingũ
tur ex natura rei. Quinto distinctio
ex natura rei oritur ⁊ causatur a nã
rei. nã ab aliquo oriẜ. ⁊ nõ põt assi/
gnari quod sit illud nisi nã rei. ergo
si inter patrem ⁊ deum est distinctio
ex nã rei: talis distinctio oriẜ ⁊ cau/
tur a nã rei. ꝯñs est falsuz: qꝛ nõ apa
ret in quo genere cause: qꝛ nõ mria
lis: nõ finalis: aut formalis: vt patet
nõ ẽt i gñe cãe efficiẽtis: qꝛ aut vter
qʒ. s. pr̃ ⁊ deus efficerent istã distin/
ctionez: aut alter tm̃. nõ 2m. vt patet:
neqʒ ẽt ꝑm. qđ ꝓbo. qꝛ aut efficerent
istam distinctionẽ ſm ꝙ sunt idẽ ex
nã rei. ⁊ hoc nõ. aut ſm ꝙ distinguũ/
tur ex nã rei. ergo distinguerẽtur ex
nã rei: ꝑusqʒ eẽt distinctio ex nã rei
ꝓbaẜ ẽt falsitas alioꝝ illatoꝝ i ꝯñte
qꝛ illa q̃ ita se hñt: ꝙ quãcuqʒ reali
tatẽ hẽt vnũ: habet alterũ: illa nõ di
stinguunẜ preter opus intellectus. ⁊
ꝯñter non distinguunẜ ex nã rei: sed
oẽm realitatẽ quã hẽt deus: hẽt eẽn
tia diuina ⁊ eꝯ. ⁊ simil'r se hñt diffi
nitio ⁊ diffinitũ: ⁊ ẽs ⁊ vnũ ergo ⁊c.
ma. est ꝯ se nota. qꝛ talia secluso ope
intellectus: sũt oĩno idẽ. ergo nõ di/
stinguunẜ secluso ope intellectus. 2°
ꝓbaẜ: qꝛ oppositũ ꝑdicati infert op
positũ subiecti. qđ ꝓbaẜ. qꝛ si distin
guunẜ ex nã rei: cũ talis distinctio sit
quedã realitas: aut eadem numero

distinctio est i vtroq3: aut vna i vno eorum: & alia in altero illorum. primum dari non potest: q2 idē numero nō pōt esse in multis: nisi indiuiduis. talia aūt sunt multa: si sunt distincta ex natura rei. ergo dabitur secūdum. s. q alia numero distinctio sit in vno: & alia in altero. ergo alia realitas. ergo non q3cunq3 realitatem habet vnum: habet alterum: quod ē oppositum subiecti. Tertio probaf illa ma. q2 quicquid cōuenit vni eorum: que dicto modo se habent: conuenit etiam alteri secluso opere intellectus. si enim cōueniret aliquid vni secluso opere intellectus: qd nō conueniret alteri: haberet aliquam realitatem vnum: quā nō hēt alterū fm eos. quod implicat cōtradictionem. ergo non distinguntur ex natura rei. Quod autem omnem realitatem quam habet essentia diuina. ha habeat deus & ecō. patet quo ad primam partem. q2 deus hēt totā essentiam diuinam. quod vero deus non habeat aliquam realitatem quā nō habet essentia. probatur. q2 aut illa esset realitas absoluta. aut relatiua. sed neutrum istorum est verum. q2 essentia diuina eodem modo identificaf cuilibet realitati sicut deus ergo habet omnem realitatem. quam habet deus. Similiter oēm realitatem quā habet diffinitio. puta aīl rōnale. habet diffinitum scilicet homo & econuerso. q2 si non. aut ergo illa realitas esset composita ex materia & forma. & hoc non. aut simplex. & hoc etiam dici non potest. quia esset materia vel forma. Quod autē vnū non habet aliquam realitatem. quā non habet ens comprehendens in se omnem realitatem. seu vt est cōe omni realitati. patet. quia illa realitas esset extra ens. & consequenter ens non comprehenderet omnem realitatem. quod est cōtra hypothesim. Quod etiam ens non addat ad vnum aliquam realitatem. de se notum est. quia clauditur in conceptu formali vnius. & pdicatur essentialiter de illo. 4. meta. per Aristo. & co. Secundo principaliter sic. quia homo & asinus ante creationem non distinguebantur ex natura rei. quia nullam habebant natura3. non enī habebant natura3 creatā ante creationem. nec increatam. quia natura increata est natura diuina. & tamen predicata contradictoria verificabantur de illis. ergo non omnia de quibus verificantur predicata contradictoria. distinguuntur ex natura rei. item si distinguebantur ex natura rei. cum distinctio istorum ex natura rei. sit quedam realitas producta. sequitur q ante rerum creationem fuerit aliqua realitas pducta. Tertio qa sequeretur q tot relationes reales seu ex natura rei. essent i diuinis. quot sunt ibi distinctiones ex natura rei. quia q̄libet distinctio est relatio. hoc autem videtur incōueniens scilicet ponere ibi tot relationes reales. vltra illas. 4. que cōmuniter ab omnibus ponuntur. Dices ad aliquas dictarum rationum q sunt contra verba. non cōtra sensum. q2 idē ē dicere distigunf ex nā rei & dicere distinguunf pter opus intellect9. ista rñsio & si i pprie t vocabula & expōat aliter q3 significēt termini. nō tñ satisfacit. q2 distictio ista preter opus intellectus nō orif nec causaf ab intellectu. ḡ cāf a nā rei. hoc autem improbant dicte rōnes.

⁊ licet distingui ex natura rei ⁊ distingui preter opus intellectus conuertantur: ⁊ mutuo se inferant: non tñ sunt omnino idem: sicut etiam subiectuȝ ⁊ propria passio conuertunt: ⁊ tñ nõ sunt omnino idem.

¶ Jtẽ distingui realr nõ bene exponitur ab eis: q2 seqüeretur ꝙ esse ⁊ essentia distinguerẽtur realr: quod apud eos est falsum: probat ꝯñtia: q2 esse hoīs separat ab essentia. remanet.n. in aīa separata. ergo distinguitur realiter ab essentia. ꝯñtia pȝ apud eos: q2 illa distinguuntur realr: quorum vnum põt esse sine alio. itẽ essentia diuina ĩ patre esset distincta realr ab essentia diuina in filio: q2 ẽ in realr distinctis. preterea totum ⁊ sue partes non distinguerent realr: quod est falsum etiam apud eos: ⁊ loquor de oībus partibus vnitis ⁊ simul sumptis. iste.n. ⁊ totum sunt ĩseparabiles.

Sed contra predicta arguit. q2 hõ ⁊ asinus vt habent esse obiectiuum in intellectu per speciem ante actũ intellectus. distinguuntur ab inuiceȝ ⁊ non realr: q2 vt sic abstrahunt ab existentia: non distinguuntur etiaȝ distinctione rationis: q2 vt sic habent esse ex natura rei: ⁊ preter actum intellectus: q2 illud esse obiectiuum ꝑcedit actum intellectus. ergo distinguntur aliqua distinctione que non est realis: nec rationis. ergo dat aliqua distinctio: que nõ est realis nec rationis. Ad hoc dr: ꝙ esse obiectiue per speciem in intellectu: contingit dupl'r. s. ꝺm eẽ intentiõale ⁊ ꝺm esse represẽtatũ. loquendo ergo de esse intentionali dico. ꝙ homo ⁊ asinus vt habent esse obiectiuũ intentionale in intellectu per speciem: distinguũtur realiter: q2 istud esse ẽ reale. ⁊ negatur ꝙ vt sic abstrahant ab existentia: q2 vt sic sunt ipse spẽs intelligibiles: sicut colores vt habent esse intẽtionale ĩ aere: sunt ipse spẽs colorũ. ꝺm vero ꝙ hõ ⁊ asinus habent esse obiectiuũ repñtatũ in intellectu per spẽm: distinguuntur ratiõe: q2 tale esse est esse rõnis ⁊ nõ reale ⁊ ꝺm hoc esse abstrahunt ab existentia: sed non distingntur rõne actualiter sed fundamentalr ante actum intellectus possibilis: q2 ante actum intellectus possibilis nõ habent ibi esse repñtatũ in actu formali vel q̃si formali: sȝ in actu fundamẽtali seu fundamentalr. ⁊ stat actus fũdamẽtalis cum põa formali.

¶ De distinctione essentiali. cap. xx.

Antequã exponam' qd sit distingui essentialiter: quedam ad maiorem declarationeȝ notãda sunt. Primo ergo notandum est ꝺm. s. Tho. de ente ⁊ essentia: ꝙ eẽntia sũmitur ab ente reali. quod diuiditur in. 10. gña. Et cũ ens diuisum ĩ. 10. gña: sit cõe. 10. gñibus: oportet ꝙ nomen essentie significet aliquid cõe. 10. gñibus. Que quidem essentia põt significari dupl'r: vt ibi habetur. 4. capl'o. s. per modũ totius. i. in concreto: ⁊ per modum partis. i. in abstracto. vt humanitas. aĩtas. per essentiam autem propriaȝ vnũqdq3 collocatur in genere ⁊ specie. vt ibi dr scdo capl'o. ⁊ per eandem est illd qd est: ꝺm pħm. 7. met. nam humanitate homo est homo: ⁊ equinitate equus est equus: ⁊ sorteitate sortes

est sortes:

est fortes: et ita de reliquis.

¶ Secūdo notādū fm .s. Tho. loco preallegato caplo p°. ꝙ ista tria: essentia: nā: et quiditas: idē sunt realiter: et differūt ratione. Dr. n. essentia fm ꝙ per eā et in ea res habet esse. et caplo 2°. dicit ꝙ essentia est fm quā res dr esse. vnde ē principiū essendi. humanitas. n. ē principiū essendi hoī esse aūt ē q̄ formaliter existit. fluit. n. esse ab essentia nāli sequella. Dicit vero quiditas: fm ꝙ significat p diffinitionē qditatiuā. sicut ēt dicit formalitas: fm ꝙ significat p rōnē formalē. Dicit aūt nā: fm ꝙ hʒ ordinē vel ordinationē ad propriā operationem. Et cū dicit ꝙ essentia: quiditas: et natura sunt idē realiter: intelligitur de nā accepta fm primū modū illorū quatuor modorū: quos ponit Boetius in libro de duab⁹ naturis: et vna persona christi. quos refert .s. Tho. 2.d.37.q.1.ar.p°. Dicit. n. primo mō nā: illud. s. ens reale: qđ qcūqȝ modo intellectu capi pōt. 2° illud: quod agere vel pati pōt. et sic conuenit tm̄ substātys. 3°. qđ ē principiū motus et quietis: eius in quo ē per se et non per accidēs. 4°. vnūqđqȝ informās specifica dria. Nomē ergo nature p° mō sumpte: vt dicit .s. Tho. de ente et essentia caplo p°. videt significare essentiā: vt hʒ ordinē vel ordinationē ad ppriā operationē rei: cū nulla res ppria operatione destituatur.

¶ Sed ꝯ. relatio realis est essentia quedā: et tn̄ nō est nā accepta p° mō. quia vt dicit .s. Tho. nā accepta p° mō: significat essentiā: vt hʒ ordinē ad ppriā operationē. relatio autem nō hʒ ordinē ad ppriā operationē. quia nō ē principiū agēdi aut patiēdi. ergo nō oīs essentia ē nā p° modo accepta. Rñdeo. ꝙ ista rō hʒ multos defectus. p°. n. mutat ad aliquid in quid et ꝯsequēter cōmittit fallacia figuræ dictionis. 2° peccat p fallaciā accidētis. qa licet rło sit essentia: nō tn̄ ē essentia: fm ꝙ essentia ē nā seu hʒ ordinē ad opationem. 3° dr ꝙ relatio ī eo ꝙ relatio: nō ē essentia: sȝ in eo ꝙ ens. ens. n. ē de itellectu oium: vt dic. s. tho. 5°. metcᵉ: et alibi pluries Est aūt rło ens ad aliud: fm q̄ ꝙ est ens. s. reale. ē essentia. fm ꝙ ē aliud: seu fm ꝙ relatio: et fm ppriam rōnē .i. q̄ztū ad cōpletiuū rōnis et formale eius: nō ē essentia: aut aliqd. fm .s. tho. 1.d.26.q.2.ar.1.pᵐ. ēt si sit realis nam in p°. di.24.ar.p°. loquēs de relatione diuina: que ē p̄rnitas: dicit. ꝙ fm rōnē suā nō est aliqd: sed fm esse suum. Sicut ēt peccatū absolute loquēdo: non est sba. i. essentia aliqua: sed in q̄ztū actus. 2. dist.37.q.1. ar.p°. dr. n. peccatū: fm ꝙ ē priuatū debito ordine: priuatio aūt nō ē essentia. Similiter dicit relatio in q̄ztū est ad aliud. qđ profecto nihil ponit vt sic. Est aūt vnū determinatū genus: in q̄ztū est ens ad aliud. Et ipsa essentia distinguit realiter a suo esse. qđ superius in principio quinti capituli probauimus per duas rōnes. quarū prima ē. quia esse ē seperabile ab essentia: vt patet de esse hoīs: qđ remanet post corruptionē hoīs: in aīa separata. Ad hāc dicit fm Scotum quolibet. q.9. et in.4°. dist.43. q.1. ꝙ esse hoīs nō separat ab essentia hominis. et ꝙ illud esse qđ remanet in aīa separata: nō est esse compositi: et totius. Sed est esse ppriū aīe. et cōpositū habet esse aliud per qđ subsistit. qđ esse ē etiā esse aīe participatiue: sed p° et essentialiter est ipsius cō

po siti. et simul generatur cũ cõposito: et simul corrumpitur cũ ipso. contra ista arguitur. quia esse totius eẽt accidentale aie. qz adesset et abesset sibi preter eius corruptionẽ simpliciter. Secũdo. qz eẽ propriũ aie eẽt nobilius et perfectius q̃ eẽ totius. quia hoc est eẽ substãtiale incorruptibile et in materiale. esse aũt totius est corruptibile et materiale. ꝯñs est falsum. quia cũ totũ sit nobilius ens sua parte: non habet eẽ minus pfectum et minus nobile: q̃ esse partis. Tertio. qz aia intellectiua eẽt extra hominẽ et separata ab hoie. dũ cõiũcta ẽ ei. et sic nõ eẽt forma eius. probatur ꝯñia. qz aia intellectiua ibi est vbi est eius esse proprium. Sed esse propriũ aie intellectiue coniuncte: nõ est in materia et in ipso toto ẜm istã opinionem. qz nõ ẽ esse totius. et cõsequẽter est extra hoiem: et ipsum totũ. ergo aia intellectiua cõiuncta: est extra hoiem: et separata ab eo et a materia. Quarto. qz si aia intellectiua simpl'r existeret: p esse totius: per mortẽ hois: desineret eẽ simpl'r et simpliciter corrumperet: qz corrũpitur esse totius: per quod simpliciter existit. Si ãt simpliciter existeret per esse ppriũ. Cum illud sit separatũ a materia: nõ esset forma et actus hois. quod .n. est forma substantialis corporis: nõ subsistit per esse propriũ et in materiale.

¶ Istis notatis: Dico primo: q illa sũt idẽ essential'r: quorum essentia ẽ eadẽ. hoc aũt ꝯtingit dupl'r. s. inadeq̃te et incõuertibiliter. et sic superius et inferi' puta hõ et aial sunt idẽ essentialiter. Secũdo adequate et cõuertibiliter. vt Marcus. Tullius. Cicero. item homo et rationale similiter actio et passio sibi opposita: et omnia synonima. vt uestis et indumentum.

¶ Dico secundo: q illa distinguũtur essential'r: quorum sũt diuerse essentie. vt hõ et asinus: sortes et plato. Contingit autem aliqua distingui essentialiter: dupliciter. s. ẜz oppositas differentias vel oppositas formas. sicut saphirus distinguitur sua forma ab alijs speciebus lapidũ. Secũdo distinguitur essentialiter res naturalis ab alia re naturali per suã formã ẜm habere et nõ habere. et hoc modo saphirus per suam formã distinguitur a speciebus aialiũ et plantarum vt ait. s. Tho. quolibet. 4. q. 4. ar. 2. Et eodem modo distinguitur etiam aliquid realiter ab alio: istis duobus modis. s. ẜm differẽtias, vel formas oppositas: vel per habere aliquam formã aut realitatem: quã nõ habet aliud: et sic distinguitur filius a spũ sancto: vt ait ibi. s. Tho. et licet. s. Tho. nõ dicat q ista distictio sit realis: tamen re vera est realis. quicqd alij dicãt. probatur. quia non distinguitur filius a spũ sancto filiatione ẜm rationẽ tm̃. ergo distinguit realiter. ꝯñia patet. et probatur assumptũ quia distinctio que est ẜm habere aliquã formã vel realitatem quã nõ hz aliud reale: nõ est ẜm rationẽ tm̃. qz habet suũ cõplementũ secluso opere intellectus. Cõtra distinctio realis in diuinis est ẜm oppositas relationes. Sed distinctio que est inter filium et spiritũ sanctũ per habere filiationem et nõ habere eã: nõ est ẜm oppositas relationes. ergo nõ ẽ realis. Dicitur q ma. est vera de distinctione primaria non de secundaria: que presupponit priorem. qualis ẽ distinctio ista per habere et nõ hr̃e fi

liationē.Et licet distinctio q̄ est sm
hr̄e ꝛ nō hr̄e eādē realitatē vel for/
mā:absolute loquendo nō sit realis
quia est inter hoiem ꝛ chymeram:
inter ens ꝛ non ens:tn̄ supposito ꝙ
extrema sint realia:de necessitate est
distinctio realis. nā distinctio q̄ est in
ter hoiem ꝛ hoiem albū: est realis
supposita existentia extremorū.ꝛ si/
militer distinctio q̄ est inter supposi
tū ꝛ nām i creaturis:est realis:q̄ tn̄
est sm hr̄e ꝛ nō hr̄e aliq̄ʒ realitatē.
¶Sciēdū est etiā ꝙ distinctio essen
tialis vel est gnīca:vel specifica: vel
naturalis:Non tn̄ oīs generica vel
specifica vl' naturalis est essentialis.
naʒ distinctio q̄ est inter actionem ꝛ
passionem:est gnīca.nō tn̄ est essen/
tialis.Distinctio etiam que est inter
qualitates pīmi secūdi ꝛ tertij mo
di:est specifica nō tn̄ essentialis.quia
eadeʒ res puta calor est i pª.2ª.ꝛ.3ª
specie q̄litatis diuersimode.persone
etiā diuine distinguūtur numero.non
tn̄ essentialiter. ꝛ similiter relatiōes
diuine.imo nō oēs relatiōes reales
diuine distinguuntur realiter.pr̄nitas
enim ꝛ cōis spiratio sunt plures re/
lationes reales. nō tn̄ distinguuntur
realiter:nec sunt plures res:sm.s.
Tho.in p̄.di.27.q.ar.p̄.vn̄ ꝯsideran
dū est sm.s.Tho.ibideʒ ꝙ si aliqua
distinguūtur per differentias rei:illa
sūt plures res:ꝛ distinguūt realiter.
si aūt distinguātur differētijs alteri⁹
cōis:n̄ opʒ ꝙ sint plures res:aut rea
liter distīguaſ:sʒ sūt plura i illo cōi.
puta plures relationes reales illa q̄
distinguūtur drij̄s relatiōis.vt pr̄ni/
tas ꝛ cōis spiratio:nō plures res.ꝛ
silr potētia gn̄atiua ꝛ po⁹ spiratiua
sūt plures potētie reales.nō plures
res:nec realiter distinguuntur.

¶Scotiste vero aliter declarāt idē/
titatem ꝛ distinctionem essentialem.
